

34 SZ



~~flor. ad. 25~~

~~2.~~

in lili eponian coro D.
In Harry: Lili. Rer. f. 20 & 21. abit
anno 26 a. s. f. 21. nov.

~~2.~~

~~2.~~

~~2.~~

~~2.~~

~~2.~~

Dans h. rok's sc. 2. Com. misse

~~2.~~

Dans h. rok's

Memento mori & in eternum non
fruabis.

Memento mori & in eternum
non peccabis.

Vix mundi non sibi eram
vitæ volantis.

Antiquam tenero imminentia
Hede.

Sinuosa rei retrori sum
præcepta sciri.

Q

L = 07
0 6
4 2 1
0 0
0 7 L

2201

Stephanus Octoij
In Illustri Regio
S. P. Altemisi.

Da * Dens ut possim fieri bonus
atq; beatus

Sed nisi m. dederis munere
nunu fabrit.

18.02.18. 2:29 AM

PROBLEMATUM Lo-
Raetia
GICORUM 1720
RODOLPHI
GOCLENII PROFES-
soris Academici in Schola
Marpurgensi,
Pars I.

Nunc primum ab Auctore recognita, à mendis repur-
gata, questionibus aliquot aucta, & in ordinem redacta.
Gen. 22. viii.



Cum Gratia & privilegio S. C. & Majest.

Marpurgi, typis Pauli Egenolphi. 1597.

Pecoris Casdi.

493

Dono dabit A 1647

Eximia virtute, nec non singulari
potatis summate splendide censu-
nissimus vir Dominus Michael
S. Szenthelyi olim Praeceptor
observandissimus. Stephano R.
Szombatino. in eternam sui nomi-
ni memoriam, cum is in Schola Epi-
si maior graviter operam daret
monasterioribus



44

Aeccidentia & Obvientia Lector
1770



CUM GENERIS ET
NATALIVM SPLENDORE,
TVM ERUDITIONE ET VIRTUTE
nobilibus adolescentibus, Bernardo à Linsingen, Her-
manno Reideselio, & Iohanni à Linsingen, Studiois
doctrinaram liberalium in Acad. Mar-
purgensi, discipulis suis, ut opti-
mis, ita carissimis.

PRÆCLARA est vox Socratis in
Platonis *Protagora*: Neme alio mo-
eo existimus differere velle, quam ut
da, de quibus dubito, quotidie com-
muniter inter nos dissciamus. Re-
ctè enim Homerum dicere arbitror,
Σύντε δέ ἐργομένω, τὸ τὸ μὲν οὐ πόνος εἰ; id est, Con-
veniant bini: melior sententia constat. Omnibus e-
nim hominibus ita comparatum videtur, ut conjun-
ctis operis ad rem quamvis & cogitandam, & dicen-
dam, & efficiendam, maiore etiam & feliciore va-
leant facultate. Quod si quis solus aliquid animo
conceperit, continuò obambulans investigat, eccei hoc
demonstret, & à quo confirmetur, donec rei cogni-
tionem fuerit planè consecutus. Testatur hic vir sapi-
entissimus, sibi esse finem illum in disputando propo-
situm, ut mutui colloquii evanescat & amica, placi-
da, &

da, sobriaqz disquisitione sententiae conferantur: quod
inde, argumentis & rationum momentis in utrangz
partem studiosè perpensis, existat rerū solida explo-
rataqz, cognitio, quantam quidē in hac naturæ im-
becillitate & optare & cōsequi fas est. Negz enim hic
disputationum finis est, ut contradicentem velut
prædam in laqueos induamus, vel omnia (de quibus
disputare non est cum impietate conjunctum) in du-
bium vocantes, etiam de iis, quæ satis ad veritatē
trutinam sunt pensiculata, assensionem cohibeamus:
sed ut verum, vel quod ei proximum ac germaniss.
est, venemur, & accurato rerum, quæ in disquisitionē
cadunt, examine, rem velut ad silicem collisam, in
luce proferamus. Hoc sicubi, ut in iis quæ à captiu hu-
mano sunt remotiora, obtineri nequit, satis est, peri-
culum fecisse, an veritatem εὐθὺς latenteim eruere
possis, & quod in utrangz partem disputatum est, cùm
in medio, tum in animo tuo relinquere audīceas: quæ
velitationum & λέγων πρεστών lex est apud Pla-
tonem. Nam ut novorum Academicorum vagam in-
certamqz ἀρατηλήσιον & ἐποχάς non probō: Sic
quogz, contrā à sapientibus illud laudatum ἀπίστειν &
ἀπορεῖν, hoc est, non credere, & dubitare, in iis, quæ
discussa non sunt, necessarium omnino duco: sicut ju-
dex, ubi quid non liquet, ampliat. Ad finem autem
istum verum διατέλεως Scholasticæ ducentia media
potissimum duo sunt. Primum quidem: ut fructuosa
in disceptationem se vocemus argumenta, non ea quæ
otiosæ sunt subtilitatis: nec, ubi opus admodum non
est, de

est, de verbis magis quam de rebus dimicemus. Nam Sophistarum est, & de rebus nihil digladiari, & in verborum decipulus, ac subtilibus observatione, magnas pugnas conciere, adeoq; quod dici solet, tragedias in nugh agere. Tales disputationes (si modò honesto hoc nomine appellandi sunt) sunt tanquam venatores, seu potius captatores muscarum : ac rectè in eos quadrat istud: Frustra conatur, qui tandem capit muscas. Alterum verò est: ut in animi nostri sensis proferendis utamur charactere sermonis diserto, perspicuo, & explicato: Hæc ergo sèpissimè inde usq; à principio Professionis mee cum animo meo reputans, in hac illustri Academia annos septem Scholas & disputationes habui & exercui Philosophicas, nullo prorsus studio cum quoqua contendendi: (ideoq; verè affirmare hoc possum, eas pacatas fuisse) altercationes relinquens iis, quos juvat anguillas turbato querere stagno. Nam veritas tantum & verisimilitudo mihi proposita fuit: ad hunc scopum si non collimavi, at certè collimare volui: secus atq; hodie sit, ubi quilibet ferè non veritate & doctrina ὁμολογιav, sed victoriam querit suæ causæ & partis. Atq; hic, ut Philosophus Platonis πανταχοῦ φέρεται, ubiq; fertur: & Poëta est οὐφορ χεῖμα, res quadam levis & volatilis, instar apicule, affirmans carmina se è Musarum horris & viridariis decerpere: Sic ego (absit verbo invidia) è vasto rerum Philosophicarum pelago haurire optima & utilissima quæq; , & quæ mihi viderentur adolescentum ingenia excitare, & judicia formare

EPISTOLA

arguere, studui: ut postea facilius & dexterius iudicare possint, de iis que ad superiores facultates pertinent. A lectio barbarorum Philosophorum, qui sunt inexplicati explicatores, mihi temperavi quantum potui, usus genere sermonis, et si non nitido, plano tamen, quo ad philosophicis operis paterentur, & non prorsus illoto: cui adjunxi exempla minus obscura è variis disciplinis petita, tanquam λόγια δημόσια, obsides & pignora orationis, & ipsarum rerū. Taliū disputationum (que in mea Σολωνίᾳ meas sunt ἀσολωνία) cum quasdam me consignatas haberet intelligerent: praestantiss. viri & juvenes J. U. D. Herm. Vultejus, Hieron. Treutlerus Silesius, Tobias Andreæ Halensis, Caspar Sturmius Hass. M. Reinerus Langius Bremanus, Johannes Gonstafius Scotus, Johannes Vultejus Marpurg. Christophorus Megabachus Cattus: hi ergo, ut alios non leviter philosophicis literis tinctos tacitus præteream, ad illarum editionem me sunt cohortati. Cunctanti addiderunt calcar Fridericus Beurhusius, Jodocus Jungmannus, & Henricus Dauverus, Scholarum solertiss. Rectores, eo ipso, quod non obscuris argumentis animadverti, iis disputationum proximarum theses non esse lectu ingratas. Dedi igitur Typographo nostro Miscellanea quædam continentia primam partem Problematum Logicorum, quam, si vixero, proxime uberior, & succi Philosophici plenior altera sequetur. Ac si operam meam studiosis non displicere intellexero, Physica quoque Problemata, & ipsam quæstiuū ἀκρότατū cum iis communicabo. Hans

autem

autem seu farraginem seu sylvulam vobis ingenui &
verè nobiles adolescentes, discipuli longè mihi cariss.
dedicare visum est, ut testarer, seu potius refactoq,
confirmarem, vos mihi intimè caros esse, eo ipso, quod
ut solidæ veræq, Philosophia hoc tempore studiosissi-
mi, exercitia disputationum non cum ignavis ex alto
despicitis: sed publicè privatimq, & opponendo & re-
spondendo frequentatis ac celebratis: Quanquam, ne
quid ad vos dissimilem, hoc rei caput est: Vos in tan-
ta discipulorum ἀχαριστίᾳ considerantes versum Eu-
ripidis: τοῦτον τε ξέν. πονηρά τοῦ ἀξιού μαθητῶν φέρεται;
hoc est, laborare te oportet: laborantem verd dignum
precium ferre: Vos inquam, gratum animum erga me
vestrum aliquandiu præceptorem, tam prolixè &
liberaliter declarasti, ut non potuerim, quin viissim
memoris gratiig, animi ergo vos mei significationem
aliquam publice ostenderem. Accipite igitur humani-
ter, vobisq, acceptum esse patimini hoc quicquid &
quantulumcunq, est, quod vobis consecratum volui:
& sicut cœpistis, ita pergit gnaviter in studia libera-
lia incumbere, & ingredientes vestigiis nobilissimo-
rum vestrorum patrum & patruorum; (qui partim
in Christo beatè mortui, vobis suo exemplo, tanquam
clarissimo lumine, præluxerunt: partim adhuc vivi,
& rectè factis ac meritis illustres illi quidem, prælu-
cent) vitam ex virtute componite. Sic non tantum
euonymis, sed etiam εὐάρετοι ab omnibus bonis perhi-
bebimini. Etsi enim nobilitas est quedam majorum
claritas, adeoq, laus à parentum meritis accepta: ta-

men hæc multò illustrior est, cùm liberi virtutibus parentum respondent. Et præclara facinora sunt vera nobilium hominum monumenta. Quò respexit Sene-
ca, cùm inquit: Non facit nobilem atrium plenum sumosis imaginibus, sed virtus. Et Frontinus ille, qui voluit sibi monumentum exstrui his verbis: Memo-
ria nostri durabit, si in vita meruimus. Sed quid ego hæc ad vos multis, qui & natura boni & optimè edu-
cati sponte facitis, quæ in solidum nobiles adolescentes
& decent & ornant? Benè igitur valete, diu Deo &
patriæ vivite, & me meosq; (quod facitis) amate. Da-
te è meo μελετη μείω prid. Non. Martias, Anno 1589.

Rodolphus Goclenius Physic,
Professor.

PRAEFA-



P R A E F A T I O D E V O C E

Problematis,

Antequam quæstiones logicas tractare aggrediamur: de Problematum symbolo, ut possumus, brevissimè dicemus, ut varia seu multiplex vocis potestas, & nostra inscriptio intelligatur.

Principiò igitur $\pi\epsilon\gamma\lambda\eta\mu\alpha$ Græcis est, quicquid objicitur defensionis causa. $\pi\epsilon\gamma\lambda\eta\mu\alpha$ enim est oppono, objicio, obtendo. Valet igitur ista vox idem quod propugnaculum, munimentum, vallum, missile, agger, tegmen, scutum, præsidium & tutela. Deinde idem est quod $\gamma\mu\nu\eta\mu\alpha$, id est progenies, fructus, editum, enatum, emissum. Sic Solis radius emissus dicitur $\pi\epsilon\gamma\lambda\eta\mu\alpha$. Spiritus S. à Græcis Theologis dicitur $\pi\epsilon\gamma\lambda\eta\mu\alpha$, quasi quid productum & emissum, respectu patris, qui sit $\pi\epsilon\gamma\lambda\eta\mu\alpha$ (causa productrix) id est, à quo emittatur & procedat. Tertiò $\gamma\mu\nu\eta\mu\alpha$ quandoque accipitur pro quæstione seu proposito, hoc est, eo quod explicandum proponitur: ut, problema hoc est Logicum, Rhetoricum, id est, thema seu $\zeta\eta\mu\mu\alpha$. Hinc $\pi\epsilon\gamma\lambda\eta\mu\alpha$ tñs, quod in quæstione & disceptatione positum est. Περὶ $\epsilon\alpha\lambda\lambda\omega$ enim est, quæstionem in medium afferro. Magis tamen propriè pro quæstione conjuncta, seu propositione usurpatur: ut, An Deus sit? An Deus sit primus motor? Quare tñ, interdù problema opponitur quæstioni simplici seu absolutæ, id est, quæstioni conjunctæ, seu propositioni simpliciter sine comparatione

factæ & propositæ. Et tūm ferè est quæstio con-
juncta talis, in qua plures sententiae conferun-
tur: ut, simplex quæstio est (con juncta tamen:) An Cometa sit stella? Problema vero est, seu
comparata quæstio: Utrum cometa sit stella,
an potius halitus in aere accensus? Sic problema
est, cùm Medicus Physician querit, unde sit in-
somnia, id est continua vigilia, seu privatio so-
mni? Utrum è cerebri siccitate, aut calore ni-
mio: an vero ex cruditate in ventriculo, non e-
dente hahtus suaves & utiles. Hic igitur τὸ οὐ-
λανματῶδες est, cùm duobus pluribusve propo-
sitis queritur, utrum sit verius & certius. Sed
καὶ Τέονται problemata vocantur rerum abditarum
perquisitiones seu propositiones, quibus
abstrusa naturæ mysteria probabilitate magis
animi quodam acumine, quam omnino cer-
ta in dagine explorantur. Itaq; hic multæ quoq;
variæq; causæ eventus unius afferri solent. Per-
strema vocis significatio est Mathematica.

- a) Propositio significat enim Problema Proclo, Pappo, & aliis
n. quæ pro- ponit aliquid Mathematicis (a) τὸ Τεόντι ποιητικῶν: Atq; tūm
invenire, fa- opponitur (b) Theoremati. Problema est, in quo
cere, machi proponit aliquid inveniendum, constituendu-
m, describendum, comminiscendum: ut, in-
b) Propositio ni, quæ co- venire maximam mensuram, secare lineam,
gnoscere & quadratum describere. Theorema est, in quo
demonstrare quippiam in constituta jam figura ita esse vel
statuit in v- non esse demonstratur: ut, si duæ lineæ rectæ
re & consti- inter se secuerint, anguli καὶ τὰ κορυφῶν erunt æ-
tute rei qua- quales. Problema fieri quid expedit. At ubi ni-
titatem. finis proble- hil juberis facere, theorema est. Nos in exercita-
tis, opus: Theorema- tionibus hisce Logicis vocem Problematis ac-
p. cognitio, cipiimus in tercia & quarta significatione.

PROBLEMA I.

Utrum a ab Aristotele accipiatur Dialecticæ nomen pro universo artificio differendi: an vero pro facultate differendi tantum ēn τῶν ἐρδόξων, id est, ex opinione conceptis, & ex probabilibus. Et ēn παρόδῳ: b Sitne Dialectica omnium disciplinarum domina an ministra?

a Affirmatur b & distinguitur.

p

Eci οὐδεμία οὐδὲ μοισθήσις, de vocabulo controversia (quæ fuit inter Jacobum Carpentarium & P. Ramum, diu dubium metenuit. Ille disputavit Nomē τῆς διαλέκτην sem-

per apud Aristotelem probabilitati addictum esse, nec eam partem in se continere, quæ de definiendo & demonstrando præcepta continet. Ramus contrà, valde quidem frequens esse & familiare Aristoteli: quod Dialecticam nominat facultatem διαλέγεσθαι ex probabilibus, concessit: nunquam vero illam universum differendi artificium significare, negavit. Ut igitur de hac controversia judicium fieri possit aliquod, dicimus nomen Dialecticæ φύσις οὐδεὶς λέγει. Ac primū quidem à Philosopho,

Dialectica
vox varie ac-
cipitur.
1. Significa-
tio.

Scientia differendi Entis illius & intelligibilis (quod verum sempiternumq; univerxi est principium verè constans per se) naturā contemplamur. Hac significatione & consuetudine loquendi Platonica utitur Alcinous cap. 6. ubi Dialecticā scribit esse Mathematicis superiorē, & in entibus æternis versari. Eadem significatione nomen hoc Platonis familiare esse docet Plotinus cap. 6. lib. de ascensu ad mundum intelligibilem, & Proclus cap. 1. & 14. Commentarii 1. in Euclid. Quid quæris? Platonis Dialectices ~~ωρπαιδεια~~ est Arithmetica, Geometria, Musica, Astro-nomia, quod hæ artes hominem ad differen-dū aptiores reddant: Logica vero est pro-pædia Arithmeticæ, Geometriæ, &c. Platonis igitur ibi Dialectica non est Logica. Adde, quod tam magnifica vis atq; potestas Dia-lecticæ tribuitur à Platone, ut illa non nisi in primā Philosophiā competere possit. Illa reliquarum disciplinarū præstatiissima & po-tentiissima Domina est: nam circa divinā & constantia versatur, & reliquæ inferiores ar-tes ad illam ut scopum referuntur: Et in sin-gulis scientiis nulla fides est absoluta, nisi ad prima illius axiomata ac principia omnia sint revocata. Unde etiam Architeconica dici-tur (quamquam etiam, sed alio respectu, A-ristoteles doctrinam politicam reliquarum prin-

sopho, post homines natos longè optimo, Platone aliquando accipitur pro ἀρχη τεκτονικῆ & principe illa atq; regina scientia, seu πελευτική suprema & prima sapientia, quam vulgo Metaphysica dicimus. Eam autem Philosophiam seu Theologiā, quae in reliquas summum principatū obtinet, vocat διαλεκτικὴ, hoc est, διποθετικὴ, quod disputet ex firmis & sempiternis principiis, ut ad veri Entis & Dei cognitionem perveniat, seu quod πορίσση, & veris οὐτων causis differat, μη καταδόξει, sed κατ' αἰτίαν; seu quod rerū φύσις ita contempletur, ut eas etiam commoda & opportuna ratione ediscerat atq; explicet, λόγῳ nimirum ἀμεταπλώτῳ. Loci Platonis libr. 6. & 7. de Repub. manifesti sunt, nec de Logica intelligi possunt. Dialectica est veluti culmen & apex, in summo fastigio collocata, neq; ultra disciplina hac est superior, sed ea omnium

Intelligit disciplinā finēm in se omnino habet. Itē: Arithmeticā, Geometriā, Musicam, Astronomiā, quibus tantum inter mediis gaudibus sterni- tūt via ad supremam scientiam, & summi boni Veram cognitionem. Hæc dialectica methodus sola ita progrediatur, ut sublatis hypothesibus ad ipsum simplex impermixtumq; principium pergat, & ut firmum fundamentum sibi substernat, oculumq; animi cœno quodam barbarico revertatur, vera demersum atq; defossum sensim trahat deducatq; sursum, earum artium, quas & summi præ exposuimus, veluti sociarum & famularum praefidiis atq; adjumentis utens. Item: Scien-

principem ac dominam vocat : & quodd ab illa pendeat inter cives omnium artium & scientiarum æstimatio , nempe quoniam harum unaquæque in civitate tantum obtinet pretii, quantum ab ipsa civili disciplina conceditur, pro cuius scilicet arbitrio quædam artes in novo honore sunt, alia de antiquæ dignitatis gradu dejiciuntur : & quodd reliquarum artium hominibus ab illa beatè vivendi leges tradantur : Logica vero est ancilla & communis ministra artium, non domina, cùm usu inserviat omnibus artibus, & sit & famulis ac reliquarum philosophiae instrumentum: quanquam Logica quoq; sensu aliquo dici potest architectura.

Logica est ex artibus

ὑπηγήλοις

& famulis ac reliquarum

instrumentis.

Quo sensu

Logica sit ar-

tiuum Aichi-

tanquam

Domiha.

II. Significa-

tio.

III. Signifi-

catio.

Logica & communis ministra artium, non domina, cùm usu inserviat omnibus artibus, & sit Philosophiae instrumentum: quanquam Logica quoq; sensu aliquo dici potest architectura.

Quo sensu Logica, & aliis artibus imperare, cùm iis præscribat leges definiendi, dividendi, detectonica, & monstrandi instar dictatoris. Atque hæc de Dialectica, id est, Metaphysica Platonica, quæ, credo, etiam aliquam partem Logicæ complexa est, ut Aristotelis *τὰ μετὰ τὰ φυσικά* non pauca habent Logica. Aliquando Dialectices vox à Platone usurpatum pro arte, eaq; tota, quæ de differendo præcepta tradit, id est, pro Logica. Sic in Cratyllo, in Phædro, in Sophista. Sic & Alcinous Platonicus cap. 3. Sic deniq; etiam recentiores quamplurimi accipiunt. 3. Aristoteli significat Dialectica facultatem probabiliter disputandi (quæ illi alias Topica doctrina est, & pars est Logicæ)

cui

etii opponit Analyticam. Ut enim Aristoteles Topica seu Dialectica popularē instruit artificem ad investigandā veritatem disputando in partes contrarias ex communib⁹, id est, ex iis, quæ sunt in quaue re maximè probabilia: ita Analytica seu Apodictica Philosophum instruit, & accuratum veritatis estimatorem & judicem, per proprias rerum causas. Hinc in i. lib. Elenchorum ait, Dialecticum esse ~~de~~ ^{problemati} ~~adversari~~, id est, nulla in re adhibere demonstrationes. Invenias autem apud eum vel nunquam vel raro Dialecticæ nomen pro tota arte sumptum. Occurrit i. locus Rhetoricorum cap. i. lib. i. tibi videtur universum differendi artificium sub se complecti, quæ Logica est proprie accepta: *Dialecticæ est vel universæ vel certæ cuiusdam partis de Quolibet Syllogismo agere*, ait Aristoteles. De hoc autem Syllogismo agit non Topica, sed Analyticæ pars prior, quæ ad posteriores libros Analyticos dirigitur, & eorum potissimum gratia scripta est. Ideoq; prior pars Analyticæ, quæ communia præcepta continet de ratione formis, arti demonstrandi potius, quam Topicæ, est annexa, & uno opere comprehensa. Nomen igitur Dialecticæ non Topicæ tantum, sed etiam Analyticæ convenit. Sed Carpentarius hic regerit, etiam priorem partem Analyticæ destinari ac referri

*Problemati
explicatio*

An apud A
risto. inveni-
atur Dialecti
ca vox pio
tota Logica
seu arte rati-
ocinandi.

ad

ad Topicam, & Aristotelem nihil aliud significare adducto loco, quam illam Anal. partem ad perfectionem Dialectici ex probabilitibus disputantis esse necessariam, quod illa huic suppeditet instrumēta ad disputandum necessaria, Syllogismum scilicet & inductionem, quorum forma ex ea haurienda, ut materia & quasi silva argumentorum probabilitum petenda est ex arte Topica. Itaque loco isto nō significari universam Logicam, quae demonstrandi etiam rationēm complectitur. Est & locus 4. cap. libro 13. Metaphys. qui affertur ad probandum, verum non esse, Dialecticē nomine apud Aristotelem contineri tantum facultatem populariter disseundi de omni quæstione proposita, quæ arte topica instruatur. *Reflexe Socrates* (inquit Aristoteles) ipsum *Quid est querebat*, Ratiocinati enim volebat. Ratiocinationum vero principium Ipsum Quid est. Nondum enim rūc erat facultas Dialedicta, ut possent absq; ipso Quid est, (id est, sine definitione) contraria

Catop̄tarius
in commen-
tario in ca. 2.
Alcinoi insi-
tutionis ad
doctrinam
Platonicam

Ibi enim Aristoteles significat primū Socratem de iis, quæ ad vitam & mores pertinet, ratiocinari conantem in iis universa quædam notasse, quæ definitionib⁹ expli- carentur: quarum assignandarum ratio ante hujus tempora erat incognita: sicut notari potest

potest in variis Platonis Dialogis, in quibus hic, cum Sophistis loquens, inducitur. Ratio verò propter quam Socrates in iis definitiōnibus primus elaboravit, hæc redditur: Quia volebat ratiocinari. Et cùm duo modi sint ratiocinandi, unius apodicticus per proprias rerum caussas, quæ definitione continentur: alter Dialecticus, per communia & probabilia in partes contrarias, tum nondum erat Dialectica: id est, tempore Socratis nulla adhuc ars erat probabiliter disputandi de quacunq; quæstione in partes contrarias. Quare ei reliquum erat, ut ratiocinando apodicticè & philosophicè, id est, accuratè, agere conaretur. At philosophicarū & apodicticarum ratiocinationum principiū definitio. Itaq; meritò hic philosophando in eam curiam potissimum incumbebat, ut sermonem omnem ad notiones universas discussionū revocaret, quas definitione explicare conaretur, & per hanc tanquam per causam accuratè de rebus omnibus judicare. Et certè verum est, temporibus Socratis nullam adhuc extitisse artem probabiliter disputandi de quacunq; quæstione, quæ apud Aristotelem est Dialecticæ. Quoniam hanc se investigare ait initio Top. Et ejusdem primum se observatorem prædicat extrema pag. lib. de redactionib; Sophistarū. Si verò eo loco Dia-

sic & Patri-
tius explicat
lib. n. Tom. 22

lecticæ nomine quodcunq; differendi artificium significaretur, falso profecto dicetur, temporibus Socratis nullam adhuc Dialecticam extitisse. Quoniam ejus artificii inventor Zeno Eleates à Platone variis dialogis celebratur. Nec exquirere contraria in artificio differēdi alterius facultatis est, quam ejus quæ ad disputandum ex probabilibus est comparata. Sic enim ab Aristotele scriptum est ca. i. li. i. Rhetor. aliarum artium nullam de cōtrariis ratiocinari, sed Dialecticam & Rheticam id solas facere. Ad summam, cūm Socrates de Ethicis vellet ratiocinari, nec posset ex communibus (quod Aristoteli est Dialecticè.) Dialectica enim tūm nondum erat, id est, nulla adhuc ars differendi ex communibus, seu iis, quæ aliis quoq; rebus aptari possunt: ei reliquum fuit, ut configureret ad propria, quæ quia definitione continentur, consistatus est rerum definitiones rebus illis Ethicis universis accommodare. Reliqui sunt loci 2, Rhet. cap. 22. Duæ species Enthymematum inter se differunt, sicut in Dialecticis Elenchus & Syllogismus, & 23. cap. Sophistici loci Enthymematum Dialecticæ ascribuntur. Et lib. i. cap. 2. In probationibus seu argumentationibus, quæ aut verè probant, seu demonstrant, aut tantum videntur probare seu demonstrare, quemadmodum in Dialecticis

Διδαχη παιδιών
Ιωάννης Στρω
τόπει τοῦ.

Eticis Inductio est, & verus Syllogismus,
& præterea tantum apparens Syllogismus,
&c. Hic per Dialectica non possunt (nisi for-
tè fallor) intelligi Topicæ. Non in Topicis,
seu parte ea, quæ probabiliter disputat, sed in
Sophistica fallacia figuræ dictionis, & appa-
rens Syllogismus dicitur. Elenchi & Syllogi-
smi doctrina non est in Topicis, quæ sæpissi-
mè Dialectica dicuntur: sed illa in lib. de re-
prehensionibus Sophistarum: hæc vero in
Analyticis. Sed responderi potest, Sophisti-
cam esse tanquam appendicem quandam To-
picæ, & Topicam non abhorrere à fallaciis
quibusdam, ut à petitione principii, teste Za-
barella: Ideo Sophisticum dici posse Diale-
cticum quodammodo: In Topicis etiam A-
ristotelis de Syllogismo & Inductione dici,
ut testatur in Rheticis, ca. 2. lib. 1. Et syllogi-
sum ratione materiæ probabilis esse Dia-
lecticum, id est, Topicum, non demonstrati-
vum: ut logicus syllogismus opponitur de-
monstrativo, 2. post. cap. 8. aliis 7. In nullo ve-
ro locorum Dialecticam accipi pro demon-
strativo, aut parte demonstrativa, seu propriè
apodictica. Ac quidem locum è Rhet. 1. ca. 2.
adductum de δύραμις populariter & verisimi-
liter disputandi interpretandum, fortasse
probaverint è verbis capitinis præcedentis, ubi
dicitur: Ex aliis artibus nulla est, quæ in cofi-

trarias partes differat, verum Dialecticæ ac Rheticæ tantum hoc proprium est: Ambæ enim eodem modo in utramq; partem disserunt, & contraria colligunt. Sic etiam interpretatur Antonius Majoragius verba proxime præcedentia locum eundem 2. capit. quibus dicitur: Dialecticam & Rheticam esse διάλεξις τινας του ποεῖσαι λόγους, facultates quasdam inveniendi; quid in quaque re probabiliter dici possit. Sed urgeri potest hoc, quod de Dialecticis etiā δέιξεως & ἀποδέιξεως, id est, demonstrationis vocibus utitur Aristoteles: Topicam autem apodicticam non esse. Itaq; aliquando Dialecticam pro parte Apodictica accipi. At rursum responderi potest, Aristotelem non semper exactè & celebri illa significatione demonstrationis usum esse: sed interdum hanc vocem accepisse pro ostensione & probatione qualicunq;. Sic 1. Analyt. cap. 8. Particularis negativa nō similiter erit στόδειξις, id est, probatio. cap. 9. n. 28 αὐτὴν ἔσται στόδειξις, id est, Eadem enim erit confirmatio. Sic dicto libr. cap. 14. & alibi, voces δείκνυμι monstro, & δεῖξις monstratio, usurpat pro probatione. Eadem locutionis forma usus est in loco Rhetico: & 2. Rhet. cap. 22. ubi Enthymemata δεικτικὰ & στοδεικτικὰ dicuntur, quæ aliquid demonstrant, id est, probant. Eodem significatu Plato in Phædrō

Object.

Responſ.

dro demonstrationis nomen adhibuit. Op-
poni etiam potest locus i. de Anima, cap. i.
ubi Dialecticus dicitur definire aliter quam
Physicus, quod ille per formam, hic per ma-
teriam definiat: per formam autem definire
Apodicticæ est. Sed ad hunc locum respon-
deri potest, quod paulo antè Dialectica defi-
nitio dicta est *κερνη*, id est, inanis & minus ple-
na, & hic Dialecticus sit Topicus, qui videlicet
definiat per formam rei secundū se pen-
dantis à materia. Is quia talem formam non
perfectè exprimit, omittens materiam, im-
perfectè & populariter tantum definit, ut
cū miram, quæ in naturali & sensili subiecto
consideratur, & ab eo separari non potest,
definit cupiditatem ultionis à fine, rationem
formæ habente, dialecticam, id est, minus
exactam definitionem adhibet. Restat duo-
rum locorum comparatio, quæ evincet (ni
quid nos fallit) non solum Topicam octo li-
bris comprehensam, sed etiam analyticam
doctrinam aliquando nomine Dialectices a-
pud Aristotelem notari. Rhetorica, inquit
cap. 2. παραφύει τὰς Διαλεκτικὰς, καὶ τὰς περὶ τὰ
νόην φρεγματικὰς, &c. id est, propago quædam
est & quasi virgultum Dialecticæ, & faculta-
tis ejus, quæ de moribus tractat, quam recte
politican sciétiam appellamus. Cap. 4. idem
dicit his verbis: Quod antè diximus verum

est, nempe Rheticam conflatam esse ἐν της
 αὐτούτηνς ἐπισήμων, καὶ της περὶ τὴν θεωρίαν πολιτικῶν,
 ex scientia Analytica, ex parte politice facultatis, quae in moribus versatur. Quod antea dixit
 Dialecticum, nunc dicit analyticū. Ergo aliqua saltem pars analyticæ voce Dialectices
 Aristotelii significata est. Subjungit Aristoteles verbis cap. 4. Similis verò est Rheticæ
 partim Dialecticæ, partim Sophisticis λόγοι seu disputationibus. Id congruit cum eo,
 quod capite 2. dixit, Rheticam esse imaginem seu ὑπόταξιν Dialecticæ: ac utrobiq; per
 Dialecticam Topica intelligitur. Si igitur hæ
 adductorum hactenus locorum explicatio-
 nes & solutiones accipientur: Aristotelii
 nunquam totam facultatem Logicam Dia-
 lecticæ significabit. Sed ego sic statuo, Dia-
 lecticam in Organo Aristotelico frequentissi-
 mè & ferè semper probabilem disputatione
 significare. At cur non semper? Inquit Ari-
 stoteles 2. Rhetor. cap. 22. Differunt in Dia-
 leticis Elenchus & syllogismus. Inquit Ari-
 stoteles lib. i. Rhet. ca. 2. In Dialecticis Inductio
 est & verus syllogismus, & præterea tantum
 apparens syllogismus. Et 2. Rhet. c. 23. loci fal-
 lacium Enthymematum hi sunt. Ac primus
 quidem est IN DICTIONE, cùm una pars
 est, ut in Dialecticis docuimus, &c. His tribus
 locis Aristotalem generaliter uti dico voce
 Diale-

Dialecticæ. Elenchi enim seu φανόμενοι syllogismi non traduntur, neq; in analyticis prioribus, neq; in Analyt. posterioribus, neq; in Topicis. At tamen interim traduntur in Dialecticis Aristotelis, nimirum in ultima parte, quæ inscribitur de Sophisticis Elenchis. Ali quando igitur, et si raro, Dialectica organi Logici, quod & virtutes & vitia differendi continet, totam facultatem significat: nec verum est, nulli parti Logicæ congruere, nisi solis libris Topicis. Quo facit, quod Aristoteles 2. cap. lib. 1. Elenchorum verbum ipsum διαλέγεσθαι, unde διαλεκτικὴ descēdit, generalius quam Topicè accipit, etiam eo ipso in loco, ubi διαλεκτικὸς specialiter accipitur. Εὐτράδιαλέγεσθαι, id est, in differendo sunt quatuor genera λόγων. Διδασκαλικοὶ, Dialectici, Pirastici, Contentiosi. Addo his, si neq; priores neq; posteriores libri Analytici possunt Dialectici particulatim seu in specie (hoc est, topicè) nominari, ut Zabarella affirmat, superiore quoque loco, ubi dicebatur, Rhetorica esse Dialecticæ virgultum: sequetur Dialecticam pro Logica positam esse, & hinc per synecdochē intelligendam analyticam, quę in altero loco nominatur. Atq; hæc hæc tenus de primo problemate, quod alicui ἐδέπερν videtur, in quo ita forte versatus sum, ut a quos & intelligentes lectores τῆς μητροφυλακῆς

Cap. 9. de
Nat. Logic.

μένοις ου γεώμετροις τοῖς ἐγγίων διαμένοις πολλοῖς χάρισ
τεξσύ, sperare habeam.

P R O B L E M A I I .

An apud Aristotelem vox Logica totam differendi & ratiocinandi facultatem significet?

Negatur.

ES & hoc dubium excutiendum: An uspiam ab Aristotele artem hanc, de qua agimus, totis organi vel aliis libris, logicam dictam reperiamus. Ajo ego, donec contrarium mihi demonstretur, $\lambda\acute{o}\delta\acute{e}s$ sophisticos, dialecticos, seu probabiles, apodicticos seu necessarios, logicum problema, logicum syllogismum, &c. logicas argutias, logicum deniq: pro probabili, logicum pro apodictico me invenire: Logicam pro tota facultate ratione utendi non invenire. Primo enim Rheticorum dicit Aristoteles. cap. i. Quomodo Enthymemata distinguantur a syllogismis $\lambda\acute{o}\gamma\kappa\acute{o}is$, id est, demonstratibus, certae rationi tanquam innitentibus: sequitur enim. Ejusdem enim facultatis est, & quid verum, & quid verisimile sit cernere. Eidem $\lambda\acute{o}\gamma\kappa\acute{o}is$ apodicticis ac rationes sunt remotae, externae, communes, non propriæ, vel levies & inanes. Libr. 2. de gener. animal. cap. 6. est ei $\lambda\acute{o}\gamma\kappa\acute{o}is$ etiam probabiliter, minus accurate, & ad rudem modum dicere. Et 3. Phys. 3. $\lambda\acute{o}\gamma\kappa\acute{o}is$

$\lambda\acute{o}\gamma\kappa\acute{o}$

λογικὴ est dubitatio, quæ in utramq; partem
probabiliter disputari potest. Et i. de demōst,
cap. I. οἱ περὶ τὸς λόγου sunt Logici, id est, qui ex
communibus & probabiliter disputant, ac
opportuntur Analyticis: vel si non de Logi-
cīs ipsis, sed de horum λόγοις malis accipere
(quod ad præsentem disputationem parum
attinet) λόγοι hic significant argumentationes
Dialecticas seu probabiles. Sed nullus locus
mihi occurrit, ubi tota virtus ratiocinandi
voce logicae notetur. Quia tamen hæc ars est
ars rationis, seu disciplina rationalis, & versa-
tur in λόγοις, propriè cum peripateticis docti-
simis eam Logicam nominamus. Etymolo-
giam dicimus Grammaticam, similiter Syn-
taxin dicimus Grammaticam. Grammatica
igitur rectè accipitur pro tota arte puri ser-
monis. Quid ergo obstat, quò minus pro to-
ta arte rationis accipiatur Logica: cùm dica-
mus Logicum aliquod opus, nunc pro ne-
cessario & exquisito, nunc pro probabili &
minus exquisito? Patet autem ex his, quæ pri-
mo & secundo problemate dicta sunt, eodē
sensu dici Logicam & Dialecticam, modò
generaliter, modò specialiter, absurdum aut
absolum non esse. Logicum, inquit Plutar-
chus i. de placitis Philosophorum, quod Dia-
lecticum appellant.

PROBLEMA III.

An Logica sit disciplina potius quam ars.

Naturam Logicę inquire penitus, non
puto esse κενολογίην & nugari. Videamus
igitur an Logica ars sit. Artem esse ne-
gant nobiles Peripatetici, quanquam non o-
mnis. Nam Julius Scaliger vir acerrimo judi-
cio, & Aristoteleus non unus è multis, artem
esse affirmat, quippe cuius finis sit opus. In-
strumenta enim fabricat ad docendi modos,
qui sunt, Resolvens & componens. Et qui-
dem si origo Græcæ vocis spectetur, cuiq; in-
promptu est sic colligere: τέχνη, id est, ars, dicitur
πραγμάτων πάτερ, vel τέχνη, id est, à pariendo vel fa-
bricando, quod pariat vel fabricet τεχνέριμη, id est,
artificiosum quoddam opus. Dialectica igitur, cùm
pariat τεχνολογίαν, fabricet instrumenta docendi,
legitimam institutionem (quo respectu etiam
τέχνη παρδεισης ή δημόσιης, modus doctrinæ &
scientiæ dicitur) rectè artis appellatio tribuitur.
Jacob. Zabarella solertissimus Aristotelis in-
terpres, cùm Dialecticam esse artem neget,
quam similiam tamen esse arti ait. Qui
hunc & alios hoc priores sequuntur, nitun-
tur definitione artis, quæ extat in Ethicis A-
ristotelis. Ars est ἔξις μὲν λόγου ποιητική, habi-
tus cum ratione efficiens, atq; hinc conclu-
dunt sic: Ποιητὴ seu efficere ille dicitur, qui
opus

sic & Hilde-
nius.
Ex. 2. sed. 3.

Quod Diale-
tica sit ars.

Metaph. 7.

Lib. 6. cap. 4.
Quod Diale-
tica non sit
ars.

opus efficit in alio subiecto: (Aristoteles di. 1. Obiectio.
 ēto loco & 2. Phys. cap. 2.) ut faber ποιεῖ fa-
 bricat opus non in se ipso, sed in ligno. Logi-
 cus opus suum non in alio, & extra se, sed
 in se ipso efficit (ut syllogismum in sua men-
 te:) Ergo Logicus non potest dici efficere,
 & ex consequenti non est τέχνης, artifex, &
 Logica non est τέχνη. Sed nos cum Platone,
 Cicero, & populo eruditio Logicam artem
 dicimus: nec omnino aduersatur nobis Ari-
 stoteles. Nam et si in Ethicis vocabulum ad
 fabriles seu opificum artes, quæ ποιητικὴ sunt,
 restringere videatur: tamen alibi eam restri-
 ctionem negligens, eo generaliter utitur, ut
 etiam liberalibus doctrinis tribuat. In Rhei-
 toricis ei sunt probationum aliæ ἀπεργοί, in-
 artificiales seu expertes artis: aliæ ἐντεχνοί ar-
 tificiales, quæ non extrinsecus assumuntur,
 sed nostra ipsorum methodo, id est, arte
 comparantur, ut has definit. Τεχνογένοι ei
 sunt artis, hoc est, methodicæ doctrinæ scri-
 ptores. Et 1. Politic. τέχνη est solerter in-
 venio & excogito, ubi propriè πονητις non si-
 gnificatur, sed δέσμοντι aliquia. Et 1. lib. 1. Phys.
 Est scientia & ars hominibus per experientiam ⁱⁿ Aristotele. & Pla-
 tu. εμπειρία τέχνης προσίνοτεν. ^{tonis Gai-}
 Experientia enim artem genuit: In experientia ve-
 rò temeritatem: Ubi artem accipi non tan-
 tum de illiberalibus, sed generatim, tūm è

Libr. i. prior. contextu, tūm ex Analyticis patet. Præterea
 Physicam & Medicinam & scientias & artes
 cap. 31. 2. Phys. cap. i. vocat in Physicis. Ubi & Grammaticam &
 2. & 8. iāleiu in artificiosis numerat. Et opifices ac
 fabros tantūm dici τεχνῖται & artifices, recla-
 mat utriusq; linguae usus. Nam & Rhetor ar-
 tifex dicendi, & artium liberalium Professo-
 res τεχνικοί, & histriones τεχνῖται dicuntur. Et
 Musica vocalis recte & usitatē ars dicitur, cu-
 jus tamen finis non est τοίνισις effectio, sed
 τεχνῆς actio: cùm non relinquat opus in alio,
 sed actu canendi in musico ipso terminetur.
 Nec commune istud pronunciatum, Diale-
 ctica estars, est δυοτεχνίης, probatu difficile,
 ex definitione artis tūm Lucianica tūm A-
 ristotelica, si in hac vox Efficiendi seu τοινική
 accipiatur latius, ut generaliter logica etiam
 facere, id est, εργον seu opus aliquod relinque-
 re intelligatur. Ad objecti igitur syllogismi
 Respons. ad premissas respondens, De Majore dico, hunc
 object. usum verbi τοινιον non esse perpetuum. Nam
 τοινιον in generali usu est facere seu efficiere o-
 pus: sive in alio, sive in seipso, nihil interest:
 ut medicus τοινιον sanitatē modò in alio, mo-
 dò in seipso. De minore verò: Logicus opus
 suum etiam facere potest in alio: ut cùm ma-
 teriam ab alio sibi datam (verbi gratia, sylvam
 Physicam, farraginem Geometricā, miscel-
 las Ethiscas) quasi dolat, idoneam operi faci-
 undo

undo tedit, præparat, & informat, ac in legitimum justumq; *σύνημα* seu corpus componit, quæ *γένος* est: vel orationem aliquam Ciceronis retexit, quæ *ἀρχή γένους* est.

Sed age hęc quoq; objectio, quæ cum priore ferè eadem est, consideretur: Ars est externum principium motionis (sicut natura internum) ita ut ars & effectio ejus sint in diversis subjectis (Sutoria ars est in sutori : Artis effectio in calceo) teste Arist. in Phys. li. 2.

Dialectica est internum principium motionis & operis Logici, ut in uno subjecto (nempe ipso animo) concurrent & Dialectica & motus ac opus Dialecticum.

Ergo Dialectica non est ars.

Responderi potest ad majorem, artem etiam posse esse internum principium motionis, ac artem, motus principium, & motum ac opus in eodem esse posse, ostendere *iarexw*. Cūm enim medicus aliū curat, medicus ars est principium externum sanitatis (non enim est in eo qui sanatur) & ars seu causa efficiens est quidem in medico : Effectio vero & opus in alio, recipiente medicamenta. Cūm vero Medicus sibi ipse adhibet medicinam, ars internum principium est sanitatis, & ars medica (motionis causa ac principium) & ipse motus ac opus (sanatio & sanitas) in uno & eodem sunt, scilicet medico. Sed quia regeruntur hic

Solutiones

Cap. I. lib. 2. tur hic ex Aristotele & experientia: Medicam
~~expoditōes.~~ artem & sanitatem in eodem subjecto raro concurre-
 re, & Medicum mederi sibi ex accidenti, non per se,
 id est, non quā medicus, sed quā aeger est. Respon-
 deo ad Minorem: Sæpè etiam Dialecticæ o-
 pus esse in alio subjecto, quam in animo Di-
 alecticī, ut cùm logicè conscribo theses, a-
 ctio quidem interna est, sed ita, ut simul ap-
 pareat opus externum. Ad id verò quod re-
 gestum est, respondentem induco doctissi-
 mum Philosophum Fort. Crellium ex Aver-
 roë. Quod ab Aristotele dicitur, cùm ars seu
 principium & effectio in eodem concur-
 runt, id ex accidente esse: id de illis artibus
 accipiendum, quæ opus relinquunt, de qui-
 bus etiam Aristoteles loquitur, ut est Medi-

Distinguun- ca. Sunt enim artes quædam, quæ nullum o-
 tur artes in pus relinquunt, seu quarum finis est actio, ut
 eas, quarum finis est o Musica practica, quam vocalem dicunt, ars
 pus, & in eas, saltandi. ars nautica. Hæ ergo artes in eodem
 quarum fi- cum actione subjecto sunt, non ex accidente.
 mis actio. Hactenus Crellius, qui aliâs in proposita
 quæstione à nobis dissentit. Notetur hic δι-
 πολεῖος: Artem etiam dici esse extra artifi-
 cem εὐρῆπηκῶς effectivè: ut ars est in horolo-
 gio, id est, artis εὐρῆπηκα & effectum aliquod,
 μετωνυμικῶς, εκπηκῶς, habitualiter verò, & pro-
 priè esse in habentis intellectu, quia est habi-
 tus mentis.

Potest

Potest iterum objici ex Aristotele: Ars non consultat, libr. 2. Phys. cap. 8. Dialectica sèpè consultat, ut ex comparatione & delectu argumentorum patet. Ergo non estars.

III.

Resp. Major non est universalis seu generatim vera. Quædam artes enim non consultant, ut Sutoria, Architectonica, seu architectura, & ars texendi. Non enim deliberat sutor, an ex corio vel alia materia sit consuendus calceus: non deliberat architectus, primum fundamentum ponendum, an tectum. Quædam vero artes consultant, ut Nautica, Medica, Logica. Nam gubernator seu nauta deliberat, an ista aëris ~~magistratus~~ & affectione, seu cœli intemperie sit navigandum, & quis cursus sit tenendus, rectusne an obliquus. Medicus secundū deliberat de pharmaco, quod aegroto propinet, item de quantitate ~~doceas~~ Dialecticus, hisne argumentis, analiis, & qua argumentationis forma potius utendum, dissipit.

Ad extremum potest objici: Artes materiali, circa quam versantur, aliquo saltem modo habent cognitam. Logica non habet: quia versatur in Omni Rationis Ente, de quo non ipsa, sed aliæ disciplinæ præcipiunt. Ars igitur non est.

III.

Respon. Si Prædicamenta sunt pars Logicæ, minor est falsa. Nam Logica aliquam cognit-

Solutio-

*De Natur.
Logic.*

cognitionem habebit Entium, seu rerum di-
mniū, quæ in prædicamentis collocantur
& explicantur; ut docet Zarabella. Sed ego
hac responsione non utor: sed distinguo po-
tius inter artem, ut loquuntur, Docente

seu præcipientem, & utentem seu operan-
rem.

Major.

Omnes artes materiam, in qua versantur,
 habent cognitam, scilicet cum applicantur
 rebus, & exercentur: non vero cum docen-
 tur.

Minor.

*Logica con-
sideratur vel
ut Docens, &
nondū in u-
su posita: vel
ut Applica-
ta rebus, &
in usu pōsi-
ta.*

Zibarella.

*V. Aντιπι-
θησις.*

Major.

Logica non habet cognitionem suum obje-
 ctum, scilicet Logica Docens, quæ de bene
 differendo præcepta tradit. Sed utens, ut lo-
 quuntur, id est, quia Logicus in differendo u-
 titur, novit saltem aliqua ex parte: sicut Me-
 dicum practicum quandam notitiam corpo-
 ris humani habere necesse est.

Addunt & hoc τεχνολόγοι: Instrumentum
 non est ars ipsa: ut fabri instrumentum, ver-
 bi gratia, malleus, securis, dolabra, non est
 ipsa ars fabrilis. Logica est instrumentum o-
 mnium doctrinarum. Ergo Logica non est
 ars ipsa.

Avis.

Resp. Major veri est de Instrumento Ex-
terno & separato ab artificiis mente. Tale
 ὕρανος ars non est: ut penna scriptoria non est
 ars scribendi. De minore dico: Dialecticam
 esse instrumentum internum seu cōjunctum
 animo

animo Dialectici. Id ars est. Est enim habitus in intellectu. Dici etiam potest: In Majore vocem Instrumenti accipi propriè pro organo corporo. In Assumptione communius, pro organo seu causa ministra. Cum igitur ambiguitas sit in argumento, Syllogismus nihil concludit. Hic, antequam ad alia pergamus, libertadere hoc ταῦτα. Cum instrumenta ab arte fiant, Dialectica autem à nulla arte fiat, ne quidem Dialecticam esse instrumentum alicui videri posse.

Dialect. est
οὐροπόσ
τεχνή πάθος
An Dialectica sit instrumentum
Objet.

Sed Major non est ταῦτα παντὸς. Quædam Responis, enim Instrumenta fiant ab arte, ut serra, malleus, clavis, securis, forceps, ligo, aratum: Quædam vero instrumenta fiant à natura, ut organa corporis animati. Sic Dialectica fit à natura, ratione, observatione, exercitatione. Minor (Dialectica à nulla fit arte) etiam negari potest. Nam Dialectica, quæ literis inaudita est, seu libris compræhensa, fit à Dialectica perficiente artificem, quæ habitus est in animo ejus: seu, Docens Dialectica fit ab intento. Fuit enim Dialectica in mente & usu hominum, antequam ulla de ea litera exstaret. Ea tamen re una est Dialectica. Eatān tum adhuc seu ratione distinguitur, ad cuius partes nunc transire opportunum est.

Dialectica
quædam
modo est
causa lui
ipfius,

QUARTA QUÆSTIO.

Quis Logicae finis?

NON est dubium; quin præceptorum organi Logici Aristotelici finis principalis sit demonstratio & seu syllogismus Apo-

a) Internus Logicae finis dicticus: (cujus effectus & finis est demonstrativa scientia, hoc est, perfecta & definitio, Zabarella.)

b) Externus Logicae finis quæ ex demonstratione primaria educitur (Zabarella.) universalis verò finis sit syllogismus seu ratiocinatio. Id ostendit librorum ordo usu hactenus receptus. Nam

In Organō explicantur vel	Syllogismi principia, quæ	funt primæ notiones, seu ipsa rerum aliqua vel rudis notitia.	IN CATEGORIIS. Hæc doctrina tanquam fundamenta jicit Logicae.
		funt secundæ notiones & verè partes.	IN INTERPRETATIONE, id est, doctrina de nomine & verbo seu subjecto & attributo, & ipsa enuntiatione;
Syllogismus	Generaliter In prioribus Analyticis.	Demonstrativus, In posteris Analyt.	
		Dialecticus In 8. lib. Topic.	
Specia literi		Sophisticus In Sophist. Elen.	

Hæc, inquam, Synopsis ostendit præcepta organi destinata esse ad constructionem seu fabri-

fabricationem syllogismi. Quo fit, ut Aristoteles i. cap. i. priorum Analyt. de solo syllogismo agendum proponat. Ad hunc omnis argumentatio reducitur.

Idem quoq; patet ex sequenti tabula.

Organis partes duæ:	Communis, quæ differt de syllogismo universaliter, coq; ad nullam materiam, nullamve specie cōtractio.	In lib. Categ. In 1. de Inter- pret.
	Propria, quæ tractat de Syl- log. specieb.	Apodictico Dialectico Sophistico.
Organis Logici partes.	Pædia ipsa wēs tē- χιλιού leu partes es- sentiales.	In libr. prior. Analyt.
		In post 2. Anal. In 8. Top. In 1. Elench.

Vel:

a) Propædia τὸ τεχνῶν, id est, artis apparatio & instructio, non ἐπιτελές πρæludium & processus, seu pars ex operatio-
nis Logicæ, quod sunt RES OMNES. a) Tanquam
terica & ac-
cidentaria,
b) De Cate-

Organis Logici partes.	Pædia ipsa wēs tē- χιλιού leu partes es- sentiales.	De partibus Syllogismi videlicet se- cundis No- tionibus.	c) Simplicib. id gorris id est, est, nomine leu do vocibus subiecto, & ver- bo seu attribu- to. Complexis, id est, Enunciatio- ne.
		De Syllo- gismo.	De partibus Syllogismi videlicet se- cundis No- tionibus.
Organis Logici partes.	Pædia ipsa wēs tē- χιλιού leu partes es- sentiales.	Communi- ter.	c) LIB. De Interpreta- tione.
		Speciali- ter.	

Sed interim, quia non tota rationis vis in-
est ac cernitur in Syllogismo, Dialecticæ o-
mnibus numeris & partibus suis absolutæ si-
non omnia in-
cūrso
Logica citio
Syllogismo.

nem vel summum vel adæquatum esse Syllogismum, vel demonstrationem, dicere non audemus. Quoties docetur simpliæ expositione, non adhibito eo quo fiat fides, seu sine syllogismo? Quoties definitiones adhibentur & divisiones? Quoties $\tau\acute{\epsilon}\zeta\zeta$ & dispositio methodica inventorum quæritur? Platonis in Phædro prestantissima Dialecticæ & Scientiæ instrumenta sunt definitio & divisio. Dialecticum ibi vocat, qui valet unctionem in multa dividere, & rursus multa in unum colligere, id est, definire. Et qui hæc præstare posset, ejus se lectaturum ait, ut Dei, vestigia. In Timæo idem Philosopherus has actiones Dei opus esse afferit: Quod quidem Deus, hominum verò nullus, multa in unum contemperare, & rursus ex uno in multa disolvere sufficiat, uti sciens simul & potens. In Sophista idipsum munus esse Dialectici & Philosophi contendit. Quomodo igitur finis Logice apportionans est Syllogismus vel demonstratio?

Demonstratio Arist. non est substantiam, sed accidētium. Demonstrativus Syllogismus facit scientiam, cùm per caussam propriam inesse ostenditur proprium $\tau\acute{\alpha}\delta\sigma$ alicui subjecto. At definitio scientiam facit essentiæ cuiusq; rei. Utrum dignitate præstantius? Essentiæ, an $\tau\acute{\alpha}\delta\sigma$ seu qualitas & accidens? Cùm illa (essentiæ dico) per se, hoc non nisi in illa subsistat. **Definitio omnibus entibus inservit:**

τὰοι δι ἐπινόμαι δι ὀρεούς γίνονται: omnes scientiae per definitionem sunt. Demonstratio vero & rariissima est, & τάδε οὐ tantum propriis inservit, seu non est substantiarum, sed tantum accidentium. Zabarella in post Analyt. lib. i. pag. 37. An non igitur definitio praefenda est demonstrationi? Sed quid in Phædro Plato Dei donum pronunciat, methodicas συναγωγὰ seu collectiones, id est, definitiones, & Διαιρέσεις, id est, divisiones, ad descendendum & docendum αγίνανται, fixius teneo: Nam his quidem rebus homines non tantum brutis praestant, sed & hominibus excellunt, adeoq; similimi sunt. Argumentatione etiā etiam homines mutis bestiis praestent: tamen hae quoque quodammodo Enthymematicè & confusè ratiocinantur quod in Physicis docuimus. Finem itaq; omnium præceptorum perfectæ logicæ, syllogismo contineri, neq; quicquam esse, quod eō non spectet, facilius dixeris, quam probaveris. Si Dialecticæ usus tantum esset ἀναδιδασκαλία, hoc est, confirmatione & refutatione tantum circumscriberetur, nihilq; prorsus doceretur & disceretur simplici explicatione: non invitus in illam discederem sententiam. Sed cum illa secus habeant, finem Dialecticæ recto usu rationis humanae, eoq; universo ad bene differendum definio.

Recto ordi-
ne quam
proximè ad
Deum acce-
dimus.

Objec^ta.Respon^sa.

Nec moveor eo quod objici potest, quod definitio ad demonstrationem referatur, & solo positu terminorum à demonstratione differat, ut 2. poster. Analyt. videre est. Respondeo enim, id non de omnibus modis & formis definitionum dici posse, sed tantum de perfecta, quae è demonstratione educitur. Ea definitio solo terminorum positu à demonstratione differt, & consistit in perfecta scientia, in qua animus demonstrantis conquiescit. Ea igitur ad demonstrationem refertur, tanquam ultimus scopus. Ea est summus demonstrationis fructus. At eam definitionem Logicus non semper querit, sed tæpè secundaria contentus est.

V. Q U A S T I O.

An Pláto in Alcibiade primo dicat Differere & ratione uti esse idem.

SINE λεξηίᾳ de hac quæstione meam απογονωποι ἀποφέω, ut Philosophum decet, exponam sententiam, nō dubitanſ quin dociles de ea mihi ſint affenſuri. Petrus Ramus vir ingeniosiflissimus & doctiflissimus, & hunc ſecuti Talæus & alii multi, ſubinde inculcant hoc in ſuis libris Logicis, Platonem in Alcib. i. dicere, τὸ διάγενετον, καὶ τῷ λόγῳ χρῆσθαι diſcretare, & ratione uti idem eſſe. Ego etſi diſcretare eſſe ratio-

ratione uti non nego, tamen, quod præsente
loco Plato dicit, Διαλέξεων γά τῷ λόγῳ χρῆσθαι εἴτε
τούτῳ, malo interpretari, differere seu collo-
qui, & sermone uti, esse idem. Cur? inquis.
Deducit me ad hanc interpretationem λόγο-
χρησιν ἀνάγκη, disputationis hypothesis &
scopus. Disputat hic Socrates apud Plato-
nem, corpus non esse ipsum hominem, sed id
quo homo utitur: hominem nihil aliud esse
quam animum ipsum, & animum uti corpo-
re velut instrumento. Posterior declarat ex-
emplo. Animus, inquit, differens utitur λόγῳ,
id est, sermone ut organo: Λόγος autem, id
est, sermo corporeum quid est. Hic si dicas,
homo seu animus differens, utitur λόγῳ, id
est, ratione, ἀνθερόφαστος, aliena erit probatio,
cum ratio non sit corporeum quid. Præterea
Socrates aliud animum, qui utitur, aliud λό-
γον, quo animus utitur, facit. Λόγος autem ra-
tio, non est aliud & diversum quid ab anima,
cum sit ἐπιώδης δυναμις & ἐνέργεια animi. Λόγος
igitur ei hic erit necessarium sermo, qui est aliud
quam anima. Tertiò, cum Socrates distin-
guat organum inserviens à primario effici-
ente, & potius dicamus sermonem animi or-
ganum esse, quam rationem, & animum im-
perare sermoni, non rationi, quis non videt
λόγῳ uti, hic esse sermone uti? Sed age collo-
quium ipsum Alcibiadis & Socratis, ut de-

(2) Docet in-
dicatione ex-
emplorum,
hominē esse
ipsum ani-
mam Ad fu-
turā autem
disputationē
ponit hanc
hypothesin:
Aliud esse e-
um, qui uti-
tur. & id quo
quis utitur,
id est, aliud
esse uterum,
& instru-
mentum.

gerinana loci sententia constet, ascribamus.
 Soc. *Cum quo* alio nunc colloqueris quām
 mecum? Alc. Tecum sānē. Socr. Nōnne &
 ego tecum? Alc. Certē. Socr. Socrates igitur
 differit. Alc. Planē. Socr. Alcibiades igitur au-
 dit. Alc. Audit. Socr. Nōnne & *λόγω θεογένετων*,
 id est, sermone differit Socrates? Alc. Quid-
 ni? Soc. Idémne vocas, differere, & *λόγω γεν-*
θεογένετων sermone uti? Alc. Idem voco. Socr. Qui
 verò utitur, & id quod utitur, nōnne aliud
 quippiam est? Alc. Quomodo ais? Socr.
 Quemadmodum coriarius secat peculiari il-
 lo suo cultro, qui *τομή* vocatur, & scalpello &
 aliis instrumentis. Alc. Certē. Socr. Nōnne
 aliud est is, qui illis instrumentis utitur & se-
 cat, aliud hæcipfa instrumenta, quibus uti-
 tur? Alc. Quidni? Socr. Hoc igitur modo
 rogabam, an is qui utitur, & id quo ille uti-
 tur, diversum quidpiam tibi esse videantur?
 Alc. Videtur. Socr. Quid igitur? dicemus su-
 torem coriarium instrumentis tantū seca-
 re, an etiam manibus? Alc. Manibus etiam.
 Socrat. Illis igitur etiam utitur. Alc. Utitur.
 Socr. Nōnne & in arte sua illaversatur, ocul-
 lis suis utens? Alc. Certē. Socr. Eum, qui uti-
 tur, & id, quo quis utitur, diversa esse conve-
 nit internos. Alc. Convenit. Socr. Igitur ali-
 ud est coriarius futor, & diversum quidpiam
 à suis & manibus & oculis, quorum instru-
 mento-

mentorum præsidiis opus suum perficit? Alc.
Videtur. Soc. Nónne & toto corpore utitur
homo? Alc. Utitur. Socr. Aliud nimirum est
is, qui utitur, & is, quo quis utitur. Alc. Est.
Soc. b Aliud ergo quidpiam homo est à suo
corpore. Alc. Videtur. Socr. Ecquid tandem
igitur homo est? Alc. Non possum dicere.
Socr. Potésne verò id dicere, quod corpore
utitur? Alc. Possum. Soc. Aliudne quidpiam
est, quod utatur corpore, quàm animus? Alc.
Nullum aliud. Socr. Nónne ita, ut summum
ipse obtineat imperium? Alc. Ita profrui. Et
paulò pòst. Socr. Nónne igitur sic præclarè
statuerimus, me nimirum & te mutuò inter
nos commercium habete, sermone utens,
animo animum invicem alloquente, & quasi
inter se conspirante? Alc. Omnino. Socr. Il-
lud igitur est, quod nos paulò ante diximus.

Socratem cum Alcibiade differere & oratio-
ne utentem, non ad tuum os videlicet ser-
mones serendo, sed cum ipso Alcibiade ser-
monem instituendo: hoc verò animus est.
Hactenus Plato, cuius mentis consideratio
accuratior illam interpretationem mihi sua-
det. Sed speciosè opponi potest huic inter-
pretationi, quod Plato alibi inquit: Animum
 $\tau\tilde{\omega} \chi\tilde{\eta}\delta\alpha$ mente seu ratione uti. Hanc vim
($\delta\omega\alpha\mu\alpha$) quæ in uniuscujusq; animo inest, &
instrumentum ($\sigma\gamma\alpha\nu$) quo vniusquisq; discit,

(b) Applica-
tio hypoth-
eos: Animus
utitur co- po-
re ut instru-
mento, & a-
nimus in cor-
pus imperiū
obtinet, &
homo nihil
aliud est quā
animus,

(c) Editio
Serr. habet
ratione: sed
ego puto le-
gendum ora-
tione, ut an-
te quoque
 $\tau\tilde{\omega} \lambda\tilde{\nu}\gamma\mu$
veritatem
ne.
Objectio 7.
de Rep.

esse velut oculum. Quod Arist. in probl. inquit, mentem esse animi instrumentum, ut manus est organum corporis. Quod deniq; Cicero ait: Animi munus esse, ratione bene uti. Quidni igitur Alcibiade primo illud τῷ λόγῳ χρῆσθαι interpretetur ratione uti, præfertim cum in fine τῷ λόγῳ χρώμενος mox sequatur, τὸ ποιέμενος τὸς λόγους, quod est faciens verba? Atque hoc ἀντίπτωτον urgeri potest argumento comparationis. Alcibiade 2. disputatur, aliud id esse, quod utitur, ut animum, & aliud quo utitur, ut corpus, acho ab illo esse quiddam extraneum: ita & aliud esse ipsum animum qui utitur, & rationem, qua animus ut organo utitur. Nam & Plato in Phædro ita de ratione agit, quasi extraneum esset quiddam ab animo. Sic enim ait: Essentia re vera constans, sine colore tamen, sine figura, sine tactu, mente sola utitur, quæ videlicet sola animum gubernat. Itaq; non est ἀπορείαν & inconveniens i. Alcib. λόγῳ χρῆσθαι accipere pro ratione uti. Hic respondeo: Etsi rectè dicatur, animum θεωρεῖν per rationem: tamen, quia propositum est Platoni docere in Alcib. Animum esse hominem, non corpus: ratio autem non est aliquid possum extra substantiam animi, sed est essentialis & propria facultas animi, sine qua animus non est: animus igitur sine ratione

Responsio.

non

non erit homo : Nec eo respectu ratio erit id, quo utitur homo , seu instrumentum hominis , sed quodammodo ipse homo . Ergo isto in loco τῷ λόγῳ recte sermonis voce reddi existimo.

Quid verò? inquis. Tun'ais, differere logicè esse sermone uti ? Negas differere esse ratione uti ? Respondeo perspicuè : Διάλογος est modò ~~τρόπος επεργίας~~ cum alio, quæ fit & exercetur oratione exteriore , quæ comes, interpres, & symbolum est rationis : & tamen artificium differendi non in sermone, sed in ratione positum est. Quare Cicero, Dialecticas inquit , est ars rationis oratione explicata ; Modò est ~~τρόπος επεργίας~~, secum ipso , quæ fit tantum oratione interiore , seu est Dialogus animæ ad seipsum sine voce factus , ut Platonis in Sophista verbis utar : quò facit, quod idem in Theæteto ait , Διαροeiδης , id est, ratiocinari nō aliud esse quam φυχὴ διδγένης , animum differere, seu colloqui scipsum interrogando & respondendo.

Dialectica
est ars ratio-
nis, edita, ut
rationem
interpretet
sepe deside-
ret.

VI. E P Ω T H M A.

Dialectica Platoni est facultas ἐννοεῖσθαι σέξασθαι
λόγον. Λόγος ne hinc est Sermo, an Ratio?

HÆc quæstio ex priore incidit επιστολικῶς, Intelligit
de qua paucis agam. Vulgo Platonis 7. Metaphysicā
cū Dialecticā conjunctam.

Philip. Mel.
& Serranus.

de Rep. verba, Dialecticos posse δύναται τε καὶ
ἀποδέξασθαι λόγου, interpretantur dare & acci-
pere seu recipere sermonem, atq; hæc acci-
piunt pro interrogare & respondere. Hiero-
nymus V Volfius, græcè doctissimus, hoc re-
prehendens, Δύναται λόγου interpretatur inveni-
re & explicare rationes: Αποδέξασθαι λόγου a-
lliorum rationes approbare, vel improbare.
Ego diligentius intuens Platonis contextum,
alioqui non συσχετίζωτον, & antecedentia
cū consequentibus conferens, invenio quod
ab utraq; interpretatione facit. A priore illa
vulgari est, quod sequitur aliquo intervallo
post: Dialecticā esse μάθημα seu disciplinam,
ex qua possimus & interrogare & responde-
re scientissimè, ἐρωτάρτε καὶ ἀποκρινέσθαι οὐκισμού-
σαν. Sicut & in Cratylō dicitur: Τέλεωταν καὶ
λατοπρεπεῖσθαι οὐκισμῶν, eum qui interrogare &
respondere sciat, quid tu aliud vocas quam
Dialecticum? Et in Menone: Διδικτικώτερον
respondere non tantum est vera respondere,
sed & per illa ipsa respondere, quæis qui in-
terrogat, se scire consiteatur. A posteriore in-
terpretatione est, quod locum istum, de quo
quaeritur in præsentia, sequitur, Geometri-
am & ejus comites suarū hypothesum non
posse λόγου διδούσα rationem reddere, ut con-
traria potest Dialecticus ὅτι εἰς rei explicare. Itē:
Nonne vocas Dialecticum τὸν λόγον ἐκάστη λαμ-
βάνοντα

Cetera tuis sociis, qui uniuscujusq; rei naturam
notat atq; designat: qui verò nec sibi nec al-
teri potest λόγον διδόνατ rationem rerum red-
dere, eum illarum rerum intelligentiam ne-
gabis habere? Item: ὁ ποὺ συρπλικὸς, διδηκτικὸς.
εἰδὴ μὲν, το. id est: qui res accurate inspicit, & in
illarum dijudicandarum natura est perspicax,
Dialecticus est: qui verò minus, Dialecticus De Corona,
non est Demostheni & Plutarcho λόγον εἰσαγόν
διδόνατ, est rem secum estimare & perpende-
re, & ratiocinari. Herodot. λόγος εἰμαντιώδειδόνατ,
apud meipsum sum ratiocinatus. Vides u-
tranq; interpretationem habere, quo se tu-
eatur. Sententia sane utrobiq; vera est, ne de
vocibus altercemur. Si id quod prius est, &
fontem ipsum respicias, naturamq; & essen-
tiam Logices, Rationalis ars est: Sin id quod
posteriorius, & rivum aculum species, qui ad a-
lios proficiscitur, Sermones fieri rationi cō-
sentaneos. Illud autem probè tenendū, Inter-
rogare & respondere nō semper fieri sermo-
ne, sed sēpe etiam ratione sola, sine sermone:
& cū sermone fit, fieri dictante ratione. Itaq;
interrogare illud & respōdere locum habere
utrobiq;, id est, sive λόγον vertas sermonē, sive
rationē. Ac logicus lingua nunquam neq; in-
terrogat neq; respōdet, nisi ante intus mente
& διανοίᾳ interrogārit & respōderit. Hæc per-
spicua evadunt, tum ex his verbis Aristotelis:

De Corona,

In Catene,

Interrogatio

& Responsio

est Interna.

vel Externa,

Necesse

Necessè est in primis eū, qui est interrogaturus, locum
perspexisse, unde argumentetur. Secundò autem in-
terrogare & ordinare APUD SE ipsum (τοις ε-
αυτοις) singula. Reliquum actertium, hæc apud alte-
rum (τοις ετεροις) eloqui: Tum ex eo, quod Pla-

In Sophist. &
Thexteto.

to ait: Cogitationis discursum esse animi quasi se-
cum habitantis colloquium; quod siat interrogando,
respondendo, affirmando, negando: Sermonem verò
esse id, quod ab ipsa diavoia seu cogitatione cum voce
per os effluit: id quod testatur etiam Alcinous:
Hinc deniq; quod Democritus & Epicurus
Sermonem in voce rationis flumen appellârunt.
Quare ut nihil est in rivo, quod nō priùs fuit
in fonte: sic nihil est in sermone Logici, quod
non priùs fuit in intellectu ac ratione, seu in
eo animi conceptu, qui rationis est. Sed de
hoc επιστολίω sermonem abrumpo, quod for-
tè alicui inter λογικὰς διχοπέιας (argutias) refe-
rendum videatur: illud interim ut verissi-
mum certoq; comprehensum statuens, Δι-
βαινετο οικαδω λόγον esse διαλέχεται, id est, col-
loqui, sive secum, sive cum alio, sive sola ra-
tione & tacite, sive etiam sermone rationis
ministro, nihil interest: sicut etiam aliquan-
do parùm vel nihil refert, sive λόγον rationem
sive orationem vertas, quia oratio est ratio-
nis vestigium, & cum hac conjuncta, ac ut
habet definitio Platonis, φωνή οὖτι μα διάσο-
ματος λόγο διavoias, id est, vox est fluxus per os
de

Conclusio:

Definitio
vocis Pla-
tonica;

de mente & cogitatione. Sic λόγον σφιστὸν δύντες
vertere possumus, secum reputantes vel inter
se collocuti. Sic Serranus in Phædone : ἐν τοῖς
λόγοις σκοπάμενον τὰ ὄντα, interpretatur eum qui
res in oratione, seu ratione contemplatur. Et
eis τὰς . ὁμοίας καταφυγόντα ἐν ἀκένοις σκοπεῖν τῶν ὄν-
των τὴν ἀληθείαν reddit (dupliciter:) Ut ad ra-
tiones configurerem, vel ad eam quidem ora-
tionem, quæ rationis sit vestigium, atque ad-
eò in illis rerum naturam & veritatem con-
templarer. Sic deniq; cùm Filius Dei dicitur
à Johanne cap. I. λόγος, neq; schismaticus ne-
que hæreticus fueris, sive τὸ λόγος Verbum
sive Rationem ac Sapientiam Patris inter-
preteris. Sed hoc Theologorum scholis re-
linquamus.

VII. ΜΕΛΕΤΗ.

Quæ sint partes Dialecticæ?

Certum est ei, qui vult Logicam disceres
duo esse spectanda: Artis præcepta, &
eorundem usum. Illa cōsistunt in Inven-
tione & Dispositione. Utraque est γονιμάτων
seu notionum: Cumq; notiones sint vel sim-
plices vel conjunctæ seu compositæ, in illis
Inventio, in his Collocatio versatur. Estque
illa Grammaticæ Etymologiæ: hæc vero Syn-
taxi similis ac germana. Propriæ ergo Logicæ
partes

Thesis.

Probatio.

Probat. 2.

Cic. in Top.

Quint. 14. 5. 1.

Cap. 12. 1. pr.

partes sunt *Lēgeis Inventio*, & *xpiōis Judiciūm seu Dispositio*: quia posita quæstione, de qua differendum est, argumenta queruntur: deinde his *æstimatis*, *judicatis*, *dispositis*; quæstio explicatur & declaratur. Tertia mentis

hīc actio nulla est. Stoicorum est illa partitio, & quidem à veteribus Dialecticis celebra, adeoque à Cicerone & Quintilianō probata, ejusque vestigia in Aristotele apparent. Nam *li*, inquit, *compositionem Syllogismorum inspexerimus*, & *habeamus inveniendi facultatem*, tum verò *compositos in propositas formas reexamus*, *proposita primum hypothesis finem habuerit*. Hic Aristoteles logicam inventione & inventorū compositione ac *æstimatione* comprehendere videtur. Idem in Topicis: *Expositū inventionis locū postea*, ait, *de dispositione*, & *quomodo oporteat interrogare*, *dicendum*. Necesse verò est in primis eum qui est interrogaturus, *locum Lēgeīv*, *invenire*, unde argumentetur. Secundò autem *interrogare*, & *tūξai disponere apud seipsum singula*. Idem Rhetoricam ait esse propaginem & similitudinem Logicæ, quod *wisiv* & *tūξiv*, *probationem* & *Dispositionem nullam habeat*, nisi de Logicæ inventionis & dispositionis partibus derivatam. Inventionis autem Logicæ *τόποι κοινοὶ τέχνης* *άπασαι τέχναι καὶ σύναψι*, loci communes ad omnem artem & facultatem: ideoq; ad quodlibet ens intelligentur. Logica inventio non tantum proba-

L.B.

3.1. Elencch.

probationum, sed omnino notionum simplicium (quod prædicabilia referuntur) intelligatur, quæ enunciatorum & argumentationum sunt materies.

Sed primores de Senatu populoq; peripatetico objiciunt. Inventionem & judicium per totam Logicam tanquam artis fines, fructus, facultates diffundi: Judicium cum Inventione in differendo misceri: Eundem artificem & invenire & judicare posse præceptis artis instructum. Inventionem igitur & judicium partes Dialecticæ esse non posse.

Resp. Est *artificia*. Et distinguendum est inter Artem seu præcepta artis, & habitum usumq; artis. In ipso differendi actu habituq; fructus inventionis & judicij conjungitur. At inde non sequitur, Inventionis & judicij præceptis naturam totius artis Dialecticæ essentiamq; non rectè dividi. Ut in loquendo usum Etymologię & Syntaxeos simul cōjungimus, quamvis utraq; pars præceptis discreta atq; distincta sit: Ita in differendi actu & logico habitu Inventionis & judicii vis simul exercetur, tametsi interim utriusque partis theorematum sint separata. Naturæ, artis, & exercitationis habitus in actu & usu confusus est, & tamen natura, ars, exercitatio inter se distinguuntur. Itaq; ex confuso habitu distinctione illa partium logicæ informari non potest,

Objection.

Inventionis
& judicij par-
tes distin-
guuntur pre-
ceptis: ut uo-
mnia re-
rum com-
munes sunt.

test, aut dici, Judicium cum & ḡoēt̄ misceri. Ad summam: Tota Logica vel Inventionis, in argumentorum generibus, vel Judicii, in formis enunciati, Syllogismi, & Methodi, usū quidem ad omnes res propositas explicandum tractandumq; communis est: at præceptis distinguitur. Iusus doctrinæ de argumentis & Syllogismis conjunctus est. Sed aliud est præceptum de causis, effectis, aliisque argumentis, aliud de Syllogismo.

2. Object.

Sed instant, præcepta etiam mixta esse contendentes. In Topicis, ajunt, Axiomata de argumentis, quę vulgo dicuntur Maximæ, proponuntur. Maximæ autem sunt Judicii. Igitur præcepta quoq; Judicii miscentur cum præceptis Inventionis: proindeq; Inventio & Judicium non erunt membra Logicæ ~~ap-~~
~~παθηγημένα.~~

Resp. Esto quod in Majore dicitur, Maximæ cum Topicis Logicis esse conjunctas. At Minorem, Maximæ istæ sunt judicii, nego.

At illi probant: Maximæ sunt Enunciata. Ergo faciunt aliquam partem judicii, nempe de Enunciato.

Hic nego consecutionem, & dico esse ~~απλόγιστον.~~ Nam si Syllogistica illa esset, sic inferre liceret: Quælibet definitio, cuiuscunq; argumēti juncta definitio suo est enunciatio. Ergo quælibet argumēti definitio juncta suo defi-

definitio, est judicij. Hæc autem illatio nulla est. Nec igitur illa: Maxima est Enunciatum. Ergo Maxima est Judicij, seu ad judicium pertinet, ut pars ejus.

Negas igitur, inquit aliquis, Enunciatum esse Judicij? Resp. Sanè est usus & fructus Ju-
dicij, nempe Enunciativi. At Logica omnis non tantum Judicij præcepta tradit, neque quicquid enunciatum est, etiam continet lo-
gicam enunciandi. Ergo distinguo inter Ar-
tem & Effectum ejus. Maximæ sunt judicij Enunciativi non ars, sed effectus.

Nec sequitur: In Maximis est vis judicij, ^{a) Obiect.} quia ex iis aliquid deduci potest. Ergo sunt pars judicij. Ut non sequitur: In argumentis est vis Judicij; quia ex iis judicium constitui potest, id est, ex argumentis enunciata & Syl-
logismus componuntur. Ergo argumenta sunt pars judicij, non inventionis. Sed de ar-
te & judicij præceptis quæstio est, non de vi
& efficacia.

Ut igitur brevis sim, oppono Hectori Achillem: Quælibet pars judicij Logici tradit artem de disponendis argumentis ad bene judicandum. ^{a)} Maxima quæ in Topicis oce-
currit, non tradit artem talem. Ergo maxima non est pars judicij Logici.

Porrò sunt, qui objiciant Judicium non posse esse Dialecticæ alteram partem, quod

vox nimis sit angusta, hoc est, sit tantum syllogismi jam fabricati, non vero fabricandi. Judicium enim est, inquiunt, cum de facto Syllogismo, bonusne sit necne judicamus.

Respons.

At respodeo: In dispositione terminorum, quae fit ad constructionem Syllogismi, annon etiam fit judicium de inventis? an non qui a liquid concludit, judicat? an ratiocinarinon est judicare? annon dubiam questionem judico, ex præmissis eam concludendo? Esse etiam judicium *enunciationis* seu compositionis, id est, Enunciationis, patet ex hoc Scaligeri, quod ait: Animam judicare componendo sic: Hoc illo plus distat.

Exerc. 26.

Tertia 6.

V. Object.

Ad extremum objicitur: Res diversissimæ immerito eodem nomine appellantur. Judicium & Dispositio sunt res diversissimæ, ut homo & bos. Ergo Dispositio Logica non debet vocari Judicium: ut hominem nemo vocat bovem.

Assumptionem recte negat Johannes Piscator: Cum enim judicium dispositionis Logicae effectum sit, quod causæ suæ est consenteum, per metonymiam nomen illa suum accommodatè potest attribuere. Cum vero homo & bos sint disparata, neutrum alteri nomen suum per metonymiam communicare potest. Judicium, id est, intelligentia explicationis, ex argumentorum dispositione nasci-

nascitur. At homo non nascitur ex bove. Dispar itaq; est hic & illic ratio, & iudicium pro dispositione dici potest : Homo pro bove non potest. Et hæc satis de διχοτομίᾳ Logicæ in ἀρεταῖς καὶ κρίπαις, quæ bona est, quia omnes partes Logicæ amplectitur, in quibus quidem natura essentiaq; ejus consistit.

VIII. DISQUISITIO.

Utrum Inventiva prior sit an Judicativa?

Ordo harum partium in disquisitionem Ordine &
venit. Statuendum autem & naturā & nature & do-
institutione Inventricem partem esse inventio-
priorem.

Nam priusquam de aliqua re facias iudicium, omnino requiritur, ut ob oculos sit posita materies: ut antequam conficias calceum opus est corio. Jam materiam, de qua judicandum seu differendum, tibi suppeditat Inventio. Præcedat igitur Inventio, sequatur Judicium, quod inventis & dispositis aliquo modo rebus & argumentis formam aliquam inducit.

Hunc ordinem probat etiam ordo virium & actionum mentis humanæ. In conspectu igitur sit hæc tabella.

Intelligentia est simplex, νοητών scilicet simplicium seu incomplexorum: vel συμπλέ-

$\omega\lambda\epsilon\mu\epsilon\nu\mu\epsilon$, id est composita, $\nu\mu\pi\alpha\tau\omega\nu$ nimirum conjunctorum seu complexorum. Illius est Inventio, quæ prima Logicæ pars. Fit enim hæc excogitando notiones simplices & argumenta, iententiaæ partes. Hujus verò est judicium, (quæ $\delta\alpha\pi\alpha\alpha$ Platoni) altera Logicæ pars, quæ tribus membris integratur. Fit enim judicium Componendo, Ratiocinando & Ordinando varia. Ac $\delta\pi\gamma\tau\theta\mu\nu\omega$ Judicium rursus est simplicius vel compositum seu cōjunctum. Simplicius seu $\delta\alpha\pi\alpha\alpha$ simplex dicitur $\sigma\nu\pi\theta\pi\pi\pi\pi$. id est, compositio. Ea dat propositionem seu Enunciationem Logicam. Hæc usus & fructus est judicii primi. Judicium compositum, seu $\delta\alpha\pi\alpha\alpha$ composita, seu Discursus, cùm ab uno ad aliud transitur, seu aliud ex alio deducitur, dicitur Dispositio magis propriè voce accepta: (nam generaliter hæc sumpta Enunciatis etiam tribuitur:) Ea dat Ratiocinationem & Ordinem.

Simplicissimæ dispositio terminorum, qualiter Enunciatio, Aristotelii est Compositio.

1. Objec.

Objicitur primò: Inventionem esse difficultiorem judicio. Itaque hoc illi præmittendum. Respondeo, Inventionem quidem rerum difficultiorem esse, sed non notionum, quibus iam antè inventæ res explicantur, qualis est Logica $\pi\pi\pi\pi\pi\pi$.

2. Objec.

Secundò nobis objicitur: Primò habeo enunciatum aliquod disputabile, deinde quo argumentum: Ergo enunciati doctrina prius

prior est. Primum ratio suendorum calceorum edocenda, postea quæritur acus. Ergo etiam prius de Syllogismi generatione agendum, quam ad argumenti inventionem deveniamus. Respondeo primum: In praxi potest esse aliquid posterius, quod in theoria & artis præceptis est prius. Id patet, cum resolutur oratio Grammatica in partes orationis, & haec in particulias. Secundò: Enunciata sunt ex prædicabilibus. Prædicabilia igitur sunt priora enunciatis, ut elementum elementatis. Prædicabilia autem sunt argumenta: Ergo argumentorum doctrina prior est doctrinæ enunciatorum. Tertiò: Materiam prius notam esse oportet, quam formam. Argumentum seu medium est pars materiæ Syllogismi. Ergo cognoscenda est antè argumenti doctrina, quam formæ Syllogisticæ.

Præposterus & contranaturam ille ordo est, qui à doctrina Inventionis exorditur, inquiunt alii.

At ego inquam: Ille naturam invertit, qui aliunde quam ab Inventione Dialecticam inchoandam censet. Fieri enim non potest, ut disponatur ac judicetur antè non inventum. Imò eo ipso, quod à prædicabilibus incipis, ab Inventione incipis. Prædicabilia enim argumenta sunt.

At inquiunt: Prædicabilia præmittuntur non ut argumenta, sed ut enunciationū termini & elementa.

D ♦

Ergo,

Ergo, ego inquam: Cùm dicis homo est animal, animal non arguet, non declarabit, non ostendet naturam hominis? Imò quædam sunt enunciationes, quæ ex prædicabili- bus non constituuntur.

Qui de argumento inveniendo sollicitus est, antequam conclusionem habeat, pro fatuo merito habetur, inquiunt illi.

At ego inquam: Qui se conclusionem propria ita dictam habere putat, antequam argumentum inventum sit, pro vano somnia- tore merito habetur, nisi fortè tales coccy- smos velit esse syllogismos. Cuculus cuculat: Cuculus est cuculus: Ergo Cuculus cuculat.

Quod si habeas questionem & argumentum, syl- logismum non conficies, nisi rationem hujus compo- nendi sis edocitus: quemadmodum sutor non potest calceos suere, nisi prius sci et rationem calceorum su- endorum. Ergo syllogismi doctrina Inventionem pre- cedet: inquiunt illi.

Quod si ergo, inquam ego, habeas nomi- na, verba, & syncategoremeta seu *ανθερματα*: qua tandem ratione sententiam inde conficies, cùm de ratione facienda orationis seu construendarum vocum nihil unquam didiceris? Nulla sanè: ut sartor non potest sarcire vestes antequam didicerit artem sarcien- di. Syntaxeos igitur doctrina Etymologica præcepta præcedet. Hoc vero non sequitur.

Ergo

Ergo nec illud. At age sutores, si ita placet, dirimant controversiam.

Qui medium querit, perinde facit, ac si acum sutor querat, inquiunt.

At ineptè comparatur medium acui, cùm ^{Similitudo} acus neq; materia nec pars calcei sit. Medium ^{ab acu non} verò pars & materia sit syllogismi: atq; ita si ^{est satis ap-} posita. mile sit funiculo illi sutorio, qui Græcis est *χιλδαμα*, quo vinciuntur & compinguntur partes corii, hoc est, solea cum obstragulo. Sanè sutor calceum facturus, tum in promptu habet materiam, & novit quæ & qualis esse debeat, tum didicit rationem inducendæ formæ in materiam. Ista autem duo distincta sunt revera, ac quidem illud est prius natura quam hoc. Et interim in habitu artis, præsertim ad praxin procedente, simul sunt & conjunguntur. Sic Syllogismum facturus, primum comparat sibi materiam, tres terminos, unde fiat syllogismus: deinde cogitat de forma ac dispositione. Præcepta autem materiae & formæ sunt distincta: ac quidem illa his priora. Et interim in ipso differendi actu seu usu sunt conjunctissima. Quid ergo, si demus aliis, quod falsum est, enunciationis præcepta priora esse doctrina inventionis? Nunquam tamen obtinebitur naturali ordine, syllogismi doctrinæ (sed tantum enunciationis) inventionem subjici. Nam ubi habes

D S

enun-

enunciationem dubiam, statim quæris argumentum, quo eam probes: hoc ubi invenisti, tandem syllogismum conficis: ut cùm suitor habet materia ex qua calcei, statim quærit astrigmentum, & deinde calceum elaborat. Nec rationem calcei faciendi doceri potest, nisi ipsi istud vinculum mostretur, quod non monstratur jam perfecto calceo.

Ad extreūm, quando urgent alii, Inventionis usum non esse axiomaticum, sed syllogisticum, hoc est, argumentorum doctrinam proponi, ut habeas, non terminos enunciatorum, sed μέσω, id est, media Syllogismorum faciendorum. Inventioni itaq; in Logicis primas tribuendas non esse. Hic videor mihi audire aliquos dicentes, Rheni aut Lani nostri usum verti non in piscando, sed in lavando. Ita autem res habet: Ut Lani usus est non

Vt aquæ, sic
Inventionis
argumento.
zū commu
nis & multi
plex est usus.

tantum ad piscandum, sed etiam ad lavandum, coquendum, rigandum: Ita argumentorum usus communis est, non tantum ad probandum, sed etiam ad exponendum seu explicandum. Poëta Neptuno, quem Deum maris faciunt, tridentem tribuunt ob triplicem usum æquæ, quæ potabilis, navigabilis, & ad lavandum idonea est. Ita Logica argumenta, quæ Inventionis sunt, & enunciatis, & argumentationibus, & methodo servunt, iisque materiam suppeditant. Simili-

ter & probabilia & necessaria & Sophistica esse possunt, ut quod ex iis compositum est, modò sit probabile, modò necessarium, modò sophisticum. Usus autem argumentorum esse tam axiomaticum & problematicum in explicando themate simplici, quam Syllogisticum in themate coniuncto dubio confirmando, vel ex unius Melanchthonis Dialectica patet. In locorum enim doctrina non tantum Confirmationis, sed etiam explicationis exempla affert, ut in loco causarum & pugnantium videre est. Sartor est causa efficiens tunicae. Siccitas & humiditas sunt contraria scilicet argumenta. Et in fine libri primi questionem simplicem explicat (ea enim confirmari non potest) Definitione, Divisione, Partitione, Causis, Effectis, Adjacentibus, cognatis, pugnantibus; Quæ omnia argumenta sunt, ut docet lib. 4.

Ex his ag-
gumentorum
non tantum
de promi me-
dia con clu-
dendi, pro-
batur e Mel-
anch.

IX. ΤΤΜΝΑΣΙΑ.

An Categoriarum doctrina sit Logica.

DOctrinam Categoriarum seu Prædicamentorum nō esse essentialem propriamq; Logicæ partem, multi δοματικῶς, non hæsitanter, affirmant, alii velitario modo & τετραγωνῶς disputat. Quod unius sciætiae seu disciplinæ cœterior propriū est, in alia est ἀνότερον objectionē alio-

alienum, l. de regundis artium finibus. Doctrina Categoriarum propria est primæ Philosophiæ. Ergo in Logica aliena: ideoq; ex ea eximenda. Transsumptum probo. Doctrina Categorica genera entis, & entis proprietas quasdam trādit. Itaq; quidam antiquiores eam inscripsierunt $\pi\alpha\beta\gamma\eta\omega\tau\zeta$, De generibus entis, De summis rerum attributis, teste Simplicio.

Prima autem Philosophia est ἐπιστήμη περὶ οὐκέτων, scientia quæ speculatur Ens, ut ens, & τὰ ἴδια καὶ τὰ καθ' αὐτὰ ὑπάρχοντα τῷ οὐκέτῳ, propria & per se inexistentia enti ut ens. Ergo.

2. Modi seu instrumenta differendi , seu quibus ens entisque genera disputantur , distinguenda sunt à rebus seu entibus , quæ instrumentis tractantur . De illis autem doctrina Logica est : non de his . Ergo .

3. Tota tractatio Logica est de notionibus secundis (ut genere, specie, definitione, subjecto, praedicato) quæ imponuntur primis.

Doctrina Categoriarum omnis ferè est de primis notionibus seu rebus, quæ sunt materies in qua Logicus versatur. Nam substantia, corpus, homo: Quantum, numerus, linea, sunt nomina rerum, seu $\pi\gamma\omega\tau\varsigma$ $\delta\epsilon\sigma\omega\varsigma$. Ergo doctrina Categoriarum non est logica.

Præmissis aliquam fidem conciliat, quod
dicitur

non de plebe Philosophus aliquis, sed Melanchthon ait: Prædicamenta sunt rerum appellationes, ut animal, homo. Prædicabilia verò sunt ipsarum appellationum distinctio-nes, seu velut tituli discernentes gradus in prædicamentis, ut genus, species.

Ultimò, Prædicamentorum in Dialectica tradendorum solida utilitas nulla est. Ergo doctrina eorum propriè logicæ censeri non debet.

Sed in contrariæ sententiæ patrocinium Argumenta
in partē af-
firmantem.
afferuntur hæc: 1. Prædicamentorum beneficio definitiones fiunt, ad quas nempe materiam suppeditant. Sunt igitur prædicamenta necessaria logicæ pars.

Respondit quondam præceptor noster, acutissimus vir M. Bergius, ad antecedens 1. per inficiationem. Cùm in omni genere scientiæ de difficultate definitionum conficiendarum constet, nemóque in ulla re unquam definitionem confecerit bonam, nisi in ea re probè esset exercitatus: ecquis audebit, et si prædicamentorum doctrinam ad unguem sciatur, ad definitionem alicujus rei constituerat accingi? Ecquis verò, si quis ita sit temerarius ut ausit, ecquis ipsum non aliud quam ineprias allaturum dicet? 2. per concessionem. Esto: Carere prædicamentis non possumus, si definitiones conficiendæ sunt.

An

An autem Scholasticos nostros iis conficiendis exercemus? Ego verò à præceptorū meorum, quos habui, nullo unquā unam, nedum plures definitiones, exercitiī talis loco confidere iussus fui: neq; ego ipse adhuc novo ac inusitato exemplo tale exercitiū institui, cùm sciam definitiones non à tyronibus, sed viris exercitatis & rerum peritis in quovis scientiæ genere constitui: & proinde jubeam discentes, optimas, & ab optimis artificibus confessas definitiones discere, & ad artis normam exigere, donec ipsi cùm logicæ periti, tūm multò magis rerum, in quibus ars ea exerceatur, suo Marte definitiones confiant.

Sed instant patroni Categoriarum Logitarum. In prædicamentorum doctrina & serie prædicamentali cernitur, proximum genus esse assumendum in definitione. Ibique docetur Genus ex eadem Categoria esse pertendum, cuius est species definienda.

Respondeo 1. Hæc ipsa in locis seu doctrina argumentorum facile, rectè, & opportune docentur. Rei definiendæ genus attribui debet, quod ei naturam & essentiam suam communicet, & sit velut materia proxima. 2. Genera potius ex iis artibus, ad quas pertinent res definiendæ, investigari debet, (ut in materiis Theologicis ex Theologia, in Medicis ex Medica arte, in forensibus cōtrover-

His è doctrina Jureconsultorum) quam ex tabulis prædicamentorum: ut, Theologus definiturus peccatum vel legem, potius Sacrum literarum ~~et~~ ^{et} ingreditur, quam Categoricalis tabulas consulit.

Præterea Subjectum, inquit, operatio-
nis Logicæ sunt res omnes, seu quæ in hac u-
niveritate sunt: quæ in duas classes universè
distinctæ sunt, in Substantiam & accidens,
quod novem distincta genera constituit. Er-
go Logicum, ut possit operari, aliquam seu
levem saltem rerum omnium cognitionem
habere oportet, quæ ejus operationi ut fun-
damentum & materies substernatur. Quem-
admodum enim faber nihil posset efficere,
nullamque formam introducere, si ferrum
penitus ignoraret: & medicus, si nullam hu-
mani corporis haberet cognitionem: Ita
Logicus secundas notiones, quæ sunt instru-
menta sciendi, fabricare non posset, nisi ali-
quem rerum gustum, seu res aliquo saltem
modo (non ita exquisitè ut Philosophus) pre-
cognitas haberet. Ea autem notitia in Cate-
goriis traditur & percipitur. Et ut architectus
lapides, ligna, calcem, arenam ex quibus do-
mum constituit, in suis singula locis quærit:
Ita Logicus sui operis primas partes, nomen
& verbum, ex aliquo loco, velut sylvâ, de-
promit, videlicet ē Categoriarum tabellis.

Hæ

Hæ igitur sunt germana pars Logicæ, & in Logica decem rerum genera aliquo modo sunt.

Responsio. i. Respondit jam olim Bergius ad Comparisonem, & quidem ejus ~~ad~~ hoc modo: Quid audio? Itane artifex leviter saltem præcognoscit materiam, in quam certam formam vult inducere? Imò verò faber scriniarius, aut qui vis alius artifex ita demum exercere suam artem poterit in materia, si materiam cam planè & in solidum habuerit in sua potestate, ita ut subigere, versare, dolare, omnibusque modis alterare illam pro omni artis suæ ratione possit. Sin verò materiam videat saltem alicui per transennam seu procul sitam, & vix manibus ipsius tractabilem, nihil ex ea efficere, artificium suum in caedere non poterit.

Primi igitur artificis similem esse scio cum disputatorem, qui in rebus iis, de quibus disceptatio instituitur, probè est versatus: quam eas in suis quanq; artibus plenè perfec-
teq; didicerit; quo fit ut in Logica instructus ille idē sapienter & bene de iis differere pos-
sit. Posterioris verò artificis similem video Categoricum aliquem Philosophum, è ca-
tegoriis suis instituentem definitiones aut disputationes earū rerum, quarum amplius
nihil cognovit, quam categoricus aliquis
magister

magister ipsum docere potuit: hoc est æquè ridiculum ac miserum. Proinde captiosa & Sophistica est comparatio ista. Deinde arbitrio ego plus esse in consequente, quām ex antecedente parte inferri potest. Etsi enim fabro operaturo aliqua cognitio ferri, ut Medicus sanaturo aliqua cognitio partium corporis humani, necessaria est, cūm in subjecta materia penitus ignota nullus artifex aliquid possit præclari navare atque efficere: tamen neque ferri notitia artis fabrilis, neq; partium corporis humani cognitio Medicæ facultatis propria pars est, cūm utraq; illa notitia sit propriè unius Physicæ. Ita etsi rerum cognitio Logico necessaria sit: ea tamen propriè Logicæ pars non est. Non enim quicquid necessarium artifici, illico artis pars est. Dialectico necessaria est cognitio Grammaticæ. Hæc tamen Dialecticæ pars non est. Atque utile fortasse hîc est distinguere inter Logicam operantem & docentem. Illa requirit prædicamenta, hæc verò non. Quid multa? Ut non sequitur, Medicus à Philosopho naturali sumite ea, quæ ad cognitionem partium corporis sanandi sunt ipsi necessaria, ut doctrinam de humoribus, temperamentis, &c. Et faber cognitionem aliquam ferri mutuatur à physico metallicarum regnum perito. Ergo humorum & temperamento-

Aristot. nle.
cap. i. Eth.

Praxis Logica potest requiri e necessitate predicationis
mentorum è prima Philosophia peritam: sed præceptiones Logicae possunt negligere tabulas prædicamentales.

mentorum, item ferri doctrinæ: quæ sunt pars Physicæ, etiam sunt pars medicæ & fabrilis artis. Ita non sequitur, Doctrina Physica est necessaria Logico, si differere velit de rebus naturalibus. Ergo doctrina physica est pars Logicæ.

Ex his intellectu non est difficile, quomodo occurrentum sit huic. Aliqua cognitio Geometricorum elementorum est pars doctrinæ Sphæricæ. Ergo & aliqua cognitio entis est pars Logicæ. Respondet enim: quod libellorum Sphæricorum usitatorum pars est doctrina aliqua Geometrica, id fieri per accidēs, nimirum propter ruditatem discendentium, qui saepe non afferunt rudimenta Geometriæ ad Sphæricam doctrinam percipendam, quæ tamen ad hanc omnino necessaria sunt. Quod si ordine artes discantur, non opus erit illa ~~ωροφεια~~ & mutuatitia parte in Astronomia: sed ad hanc illa ex Geometria, separatim & distinctè tradita, afferetur. Necessaria est ad Astronomiam etiam Arithmetica & Optica, & Astronomum oportet esse Arithmeticum & Opticum aliqua saltem ex parte: Neutra tamen ars propriè Astronomiæ pars est. Idem judicium esto de Geometria ad Astronomiam, & de Categoriis ad Logicam relatis.

Object. ult.

Porr̄dobjiciunt: Logica incipit à simpli-
cibus

ribus notionibus & vocibus, quæ elementa sunt enunciationum. In Categoris docentur simplices notiones & voces, unde conflunt propositiones. Ergo Categoræ sunt minorum membrum integrale logicæ.

Resp. ad majorem: Logica incipit à simplicibus notionibus secundis, seu vocibus secundæ impositionis. Ad minorem: In Categoris docentur simplices notiones primæ: seu Categoriarum liber non est de secundis notionibus, sed de rebus: seu est de vocibus primæ impositionis, quibus res significantur, non verò de simplicibus terminis, enunciationum elementis. Hæc enim sunt nomen & verbum, ut loquitur Aristoteles, id est, subjectum & prædicatum, seu terminus antecedens, & terminus consequens. Conclusio igitur ex ambiguo non sequitur.

Quod si omnino aliquis Categorias partem Logicæ esse contendat: accidentalem tantum seu ascititiam partem & propædiam tantum intelligat, & distinguat inter τὰ τεχνῶν, & τὰ εἰδη τεχνῶν, necesse est. Si enim illos tantum libros accipimus Logicos, in quibus secundæ notiones tractantur: liber Categoriarum non est Logicæ pars essentialis, sed tantum tanquam totius Logicæ præludium seu proœmium quoddam. Hoc conexum Zabarellæ est. Assumo ego antecedēs.

Logica de Entib. ratio-
nis est, non
de Realibus
quæ extra æ-
num sunt.

Lib. 2. de Na-
tur. Log. E. 5.

Itaq; & concludo consequens. Ac moneri utiliter potest, doctrinam Prædicamentorum ad quæstionem de Subjecto artis pertinere, ejusq; esse explicationem.

Cùm enim initio Dialecticæ, dicatur hujus Subjectum seu materia omne id, quod ratione explicari aut disputari possit, illud ἔποκειμένον; illa materies, saltem per capita & primas rerum notas oculis subjici potest, ut discipulus cogitet, quām multa insuper, postquam Dialectica præcepta cognoverit, addiscenda sibi sint, quibus illa recte & utiliter exerceat. Sunt & prædicamenta in doctrina Generis exempla Ceterū generalissimorum.

Sed interim ad hoc dubium de Categoriis discutiendum, distinguitur omnino accidens artis ab *τεχνῃ*, necessarium à proprio, pars accidentalis & mutuatitia à propria & essentiali, *τεχνεία* à τεχνητείᾳ, *διδασκαλία* à τεχνητιδασκαλίᾳ, ξεῖνος deniq;, id est, usus artificis, à κλήσει, id est, proprietate artis, & dicitur quod res est. In categoriis esse materiam & quasi sylvam rerum universitatis, quæ generum & speciem, subjectorum & attributorum locum sustinere, & logicam tractationē subire possunt: & res illas propriè aliunde quām ex Logica, è suis videlicet fontibus, & disciplinis, tanquam ordinariis sedibus, peti.

Vox Argumenti an à recentioribus quibusdam Logicis rectè usurpetur?

Quidam putant, totum Argumenti usum in probatione Questionis dubiae verti, ideoq; non admittendam Catachresin Rami, qui argumentum etiam dicat id esse, quod ad explicandum seu exponendum aliquid affectum est. Nos etsi non negemus, usitatissimè accipi Argumentum pro ratione dubiae rei fidem faciente : à generaliore tamen vocis usu **car** prorsus abhorreamus, causam satis gravem videmus nullam.

Principiò Argumentum Latinis non tantùm est probatio, sed etiam res de qua tractatur vel agitur, seu thema : ut cùm dicit Cicerò, Argumentum ad scribendum mihi deest. Idem: Scribis ad me, ut mihi nascatur Epistola argumentum, id est, sententia. Idem: Cujus concionis primùm universum argumentum sententiamque audite. Idem in hac significatione loco Argumenti uitetur voce Hypotheos. Te hypothesin scribendi egregiam habere video, Quidni igitur materies Logica argumentum dici possit?

Secundò arguere non tantùm probare est, sed & simpliciter indicare, notare, & prodere: & argumentum non tantùm demonstra-

rio, sed & simplex indicium, omninoq; nota est. Nam Ciceroni arguere aliquem crimine aliquo, est simpliciter notare, & κατηγορεῖν, crimen de aliquo dicere, ut: Verres arguitur furti. Ita κατηγόρειν in logica Argumentum dici potest. Ita Astronomi Alphonsini anomaliam Epicycli Lunæ vocant argumentum, quia ultimam prosthaphæresin ad cognoscendum verum Lunæ locum prodit. Anomaliam Eccentrici Solis vocant Argumentum, quia veri & medii motus Solis differentiam seu æquationem arguit, hoc est, patetfacit. Argumentum Solis arguit, (inquiunt Astronomi) hoc est, indicat, quantum sit inter lineas medii & veri loci Solis intervallum. Optici arguere & distinguere, argumentum & distinctionem accipiunt pro eodem. Comprehensio, inquiunt, qualitatis fit per argumentum & distinctionem. Puer arguit & distinguit. Ubi, Et, particula, est οξεῖν πακῆ, priorem explicans.

Fig. 174.

Tertio generalem vocis Arguo, & Argumenti vim ostendit vox Argutus: Arguti (inquit Cælius Secundus in Commentario, in Dial. Perionii) dicuntur, qui res distinguunt & exquirunt cura & cogitatione sua, & oratione subtiliter explicant, quæ & argutiæ dicuntur: Et ea, quibus hoc perficitur, ut res proposita explaretur atq; demonstretur, argumen-

gumenta. Quid hic Cælius, vir in Aristotelis Philosophia & Cicerone optimè versatus, aliud dicit, quām argumentum non tantū ad demonstrandum, sed & ad explanandum quid accommodatum esse? IIII. Rerum quasi notæ non tantū ad probandum, sed etiam ad explanandum sunt comparatæ. Cic. in Acad. quæst. Argumenta Ciceroni sunt quasi rerum notæ. Ergo, Argumentatum ad probandum, tūm ad explicandum sunt comparata. V. Aristoteles locos quosdam proposuit, è quibus omnis argumētatio ad omnem disputationem inveniretur. Cic. 2. de Orat. Argumentatio autem tribus constat notiōnibus simplicibus. Ergo è locis illæ promun-
 tur. Loci autem sunt sedes argumentorum, eodem Cicerone autore. Ergo notiones sim-
 plices sunt argumenta. VI. Definitio explicat quid sit res. Definitio est argumentum. Ergo quoddam argumentum explicat. Vel: Defi-
 nitio est argumentum. Definitione quid sit res declaratur sine syllogismo. Ergo quo res quid sit declaratur sine syllogismo, id argumentum esse potest. Probo è Cic. Ora-
 tore. Noverat hic equidem Orator Argu-
 mentorum & rationum locos. Nam quo-
 niam quicquid est quod in contentione ver-
 satur, in eo aut sitnē, aut quid sit, aut quale
 sit, quæritur. Sitnē, signis: quid sit, defini-

Sic & Phil.
Descriptio-
nes persona-
rum vocat
argumenta,
4. lib. Dial.

Probat. &
prop. & af-
sumpt.

tionibus : quale sit, recti praviq; partibus. Ex his verbis ecquis tam hebes , qui non videat Argumentorum etiam esse explicare, seu usum argumentorum quendam esse in explicando ? Ut enim maximè signa confirmantur tamen definitio rei essentiam seu vim propriam , & partitio qualitatem explicat ac declarat. Quid quæris ? Ex omni copia certissima argumenta sumuntur, ad cuiusq; rei naturam explicandam , ait Cicero 4. de Finib. **VII.** In genere demonstrativo , cùm laudamus vel vituperamus personam, narratio sit, seu historia totius vitæ commemoratur argumentis. Narratio autem cùm expositio sit, non est propriè confirmatio. Ergo non omnis argumentorum usus est in confirmingando. **VIII.** Philip. Mel. initio 4. Dial. Loci, inquit, argumentorum monstrant, quo ordine res sint *explicanda*, quærenda definitio, facienda partitiones, eruenda causæ, indicandi effectus. Et ibidem: Hæc ars (inventrix) vocatur τοπικὴ, id est, doctrina locorum, qui sunt indices rerum vel investigandarum, vel eligendarum : ut Medicus proposito signo externo, ut velocitate vel inæqualitate pulsus arteriæ, sequitur locum ab effectu, seu signi hujus quærendam esse causam, hoc est, fontem pulsus, scilicet cor, querit deinde unde cor incensum sit. Hæc testimonia ostendunt,

dunt, Argumenta inservire non tantum confirmationi & refutationi conjunctorum, sed etiam explicationi simplicium. Etsi autem antecedentem & consequentem Enunciationis terminos argumenta dicere, principiō fortasse alicui durius videbitur, ad Peripateticorum sermonem assuefacto: tamen usu mollescere, & quod insuetum aures radit, idem usitatum demulcere poterit. Acetsi Argumenti vox usitatē pro medio accipitur: & non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debent, ait Jure-consultus: doctrinæ tamen constituedæ causa, ut alia, sic & argumenti nomen generalius & παραπηνῶς, præsertim cùm nominis probabilis afferri potest ratio, accepere licet. Sic verba legum παραπηνῶς, hoc est, largè & cum extensione accipienda sunt. Ceterū quid quidam Philosophus & Theologus doctissimus voci Argumenti opponit Declaramentum, non simpliciter, sed ἐξ ιποθέσεως, non δοματικῶς, sed περιστκῶς accipiēdum est. Ait enim: Si vocabula novare ac fingere auderemus, sicrem proponeremus. Vix autem est, ut recipiatur hīc vox Declaramenti à populo logico: tūm quid necessitas (quæ lege soluta est) nulla admodum hīc efflagitet ὀρματοποίησιν: tūm quid Declarare Latinis nō tantum sit simpliciter explicare, sed etiam

Cels. verbis
Servii. I. La.
b. o. ff. de
supellect. lo
gar.

I. ff. unde
legit.

Iohan. Pilos
tor.

demonstrare, testari, dubia ostendere, & clariū probare argumentis. Cicer. Gemitu & mæstitia declaravit, quantum haberet odium servitutis, id est, testatus est. Idem: Copiam rerum declarat satietas rerū & abundantia. Idem: Declarant illa acumen interpretis, id est, ostendunt. De divinat. Volatibus avium, cantibusq; ut certissimis signis declarari res futuras, id est, argui seu ostendi. Ulpianus l. i. ff. de quæst. Quæstioni non semper, nec tamen nunquam habendam fidem, constitutionibus declaratur: id est, ostenditur. L. filium. ff. de his qui sui vel alieni juris sunt: Qui natus est ex marito & uxore in eadem domo, is creditur esse legitimus filius: nisi vel absentia vel mala valetudo declaret (id est, probet) maritum cum uxore aliquan- diu non concubuisse.

PROBLEMA XI.

*Utrum verum & falsum: item affirmatum & ne-
gatum sint satis enunciati: an vero etiam argu-
mentorum.*

Resp. Ver distinctionem.

Stabilitur
his divisione
contrariorū
in affirman-
tia & nega-
tia,

STATUO affirmatum & negatum, verum & falsum in Philosophia tam generaliter accipi, ut sint termini Transcendentes, hoc est, ut non tantum enunciatum dicatur affirmans, negans, verum, falsum: sed etiam res & nomina simplicia. Affirmatio quidem & negatio,

negatio, quæ sumitur è partium compositione & distractione, solius est enunciati. Ac hæc affirmatio & negatio nihil aliud est quām partium, videlicet antecedentis & consequentis, compositio, ut: si dies est, lucet: & divisio, ut: non, si dies est, lucet. Sed est præterea affirmatio & negatio simplicium, (vulgò incomplexorum) quæ sit terminis affirmativis, qui non habent negationem præpositam, ut lucere: & negativis, qui habent negationem præpositam, ut: non lucere. De his affirmatis & negatis loquuntur philosophi, cùm habitum, privationi oppositum, vocant rem positivam, vel affirmatam, ut: videns. Privationem verò, ut a-spectum non habens, tum, cùm ei est aptus naturā, negant esse meram seu puram putam negationem, qualis est, non videns. Et Physici peripatetici, cùm ajunt: Quādam mutationem esse ex affirmatione in affirmationem, ut ex albo in nigrum: Quandam ex affirmatione in negationē, ut ex albo in non album: Quandam ex negatione in affirmationem, ut ex non albo in nigrum. Laudo hic testimoniū Aristotelem, qui contradicentes terminos vocat affirmationem & negationem: οὐ ποδεῖ, id est, contradictione sunt, οὐ φάσις καὶ οὐ πόθεν πέρι, affirmatio & negatione.

Res positiva
est, quæ ali-
quid est verò
positivè in
natura, ut
scientia.

6. Phys. uis.
Ens affirmati-
tio: Non est
negatio est.

q. Physic.

tio terminus est: generationis quidem, Ens: Interitus, non Ens. Idem alibi: Quatuor, inquit, modis mutatur quod mutari potest: Aut ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum: aut ex non subiecto in subiectum: aut ex subiecto in non subiectum. Dico autem subiectum id quod affirmatione declaratur. Hic Aristoteles affirmationem intelligit, quæ nec verum nec falsum, axiomatice seu secundum compositionem, id est, orationem affirmantem significet: sed vox sit sola seu unica, nullam negantem particulam habens adjunctam, quales sunt Ens, album, homo. Quia subiectum non est integra enunciatio: sed ejus tantum terminus antecedens. Itaq; etiam per Non subiectum negationem intelligit, qualis est non ens, non homo, non album. Habemus etiam nobiscum Scaligerum, qui quod Philosophus dicit, Affirmationem esse priorem negatione, ita accipit, ut formæ affirmatis, privationi negationis appellationem tribuat. Venio ad verum & falsum, quæ propriè ad Enunciatum non pertinent: nisi compositio & divisio, hoc est, oratio affirmans & negans, vera aut falsa intelligatur. Generalitem igitur usum harum appellationum sic doceo: 1. Id omne de quo disseri potest, est verè aliquid, ut Terra, ens reale: vel res ficta,

Exerc. 61.
sect. 2.

ut Utopia, ens rationis. Quidni igitur quod
re vera est, verum: quod non est, falsum quid
dicam? 2. Res quodammodo causa est cur
vera sit oratio, ait Aristoteles: & οἱ λόγοι δῆμος ὁμεῖς τὰ πράγματα. Hic res dicuntur veræ, sive sunt veræ simpliciter, sive ex nostra hy-
pothesi. Et quidem comparantur oratio &
res in uno tertio, videlicet veritate. Veritas
igitur non est solius enunciationis. Idem in
Metaphys. Falsum dicitur alio modo, ut falsa Lib. 4. ca. 29.
res: alio, ut oratio falsa. Res falsæ dicuntur
aut quod ipsæ non sint, aut quod species,
quam gerunt, ejus non sint, quod est. Adhæc
Plato non tantum orationem in veram & In Cratyllo,
falsam dividit: sed etiam Nomen. Nomen
verum ei est vera, commoda, & consentanea
τίκη, seu effigies & imago rei, quam repræ- Sic quædam
sentat. Falsum vero, quod rei naturam, quam pictura vera
nititur imitatione exprimere, non rectè re- est, quædam
præsentat. Non possum, quin his etiam Sca- falla.
ligerum adjungam. Verum, hic inquit, est af- Exerc. 307.
fectus entis simpliciter accepti & intellecti: sect. 72.
aut est affectus orationis ex significatarum Alii dicunt
rerum convenientia. Idem etiam cum Car- veritas ma-
dano falsum pro quolibet ficto accipit, cum terialiter est
explicat, falsa quomodo delectent. Ex his in- in re ipsa:
telligi potest, verum & falsum, affirmatum & formaliter
negatum non tantum καὶ συμπλοκὴ dictis, in oratione
id est, propositionibus competere: sed ali- Exerc. 307.
quando

quando etiam rebus ac notionibus simplicibus: ac cadere in nuda & separata argumenta: & quando s̄epe à Logicis dicitur, simplicibus notionibus non competere affirmationē aut negationem, intelligi asseverationē aut inficiationem: cūm iidem dicunt, simplicibus notionibus non inesse veritatem aut falsitatem, intelligi veram seu falsam asseverationem, aut veram vel falsam negationem. Cūm dicunt: Homo contrarium est affirmans, intelligi, quod termino finito, id est, sine negatione prolatō, & rem vel actum aliquem certum & definitum significante, seu vocabulo affirmante exponitur: Ita denique cūm non homo contrarium negans dicitur, intelligi, quod termino infinito, id est, cum negatione prolatō exponitur. Quanquam hīc in genere dici potest negans, quod continet negationem: ac distingui ita, ut contineat negationem, modō simpliciter, actu, generaliter, explicitē: ut in contradictione: modō quadantenus, specialiter, potentia, implicitē, ut in privatione.

PROBLEMA XII.

An causa locus sit generalis?

Concl. affirmatē.

ARgumentum causæ ita generale est, ut non tantum realibus, sed etiam rationis enti-

entibus, quæ res fictæ sunt, tribuatur. Itaque in Dialectica, ut arte generali, generaliter explicandum est. Nec causarum doctrina, vel Physicæ, vel alterius cuiusdam disciplinæ propria censenda: et si in Physicis speciale aliquid de iis docere licet, ut de principiis generationis, non verò cognitionis. Sed contra hanc veram asseverationem objici possunt argumenta eorum, qui negant res Mathematicas habere causas. Omnes causæ connexæ sunt aliquo modo cum motu, id quod definitiones singularum ostendunt. Res Mathematicæ sunt abstractæ à motu. Ergo abstractæ sunt ab omni genere causæ. Hæc conclusio confirmatur testimoniis Aristotelis, qui tertio Metaph. ait: In Mathematicis non esse finem seu bonum, & efficientem. Et secundo Phys. & sexto Metaph. Mathematicas res esse adjunctas à materia. Et Melanch. Mathematicum considerare quantitatem sine materia: In quantitate corpus significare magnitudinem distinctam à materia: & lineam mente cogitandam esse solam longitudinem à corporibus abstractam.

Respondent quidam: Res Mathematicas habere principia & causas non essendi, sed cognoscendi. At ego non dubito affirmare, habere etiam principia essendi (ut cum illo loquar) logicè. Ac respondeo ad syllogismi

In Categorias
Quant.

Responsio

in quo-

minorem: Res Mathematicæ sunt abstractæ
à motu, scilicet sensili & Physico: habent in-
terim motum imaginarium, φαντασία, intelli-
gibilem. Ad testimonia: In Mathesi non est
finis, scilicet talis qualis existit ex motu re-
rum Physicarum, ut etiam Archangelus in-
terpretatur. Mathematicæ res ab junctæ sunt
à materia, hoc est, actuali existentia, sed ha-
bent τὸ οὐκεντόν: abstractæ sunt à materia
physica, non verò mathematica. Sic sua tri-
angulo est materia, videlicet tres lineæ. Ha-
bent res mathematicæ causam efficientem,
animū, qui abstrahendo eas format, & com-
munes edit propositiones, ex quibus dedu-
cuntur ἀποδείξεις. Habent materiam & formā,
quia habent partes è quibus constant. Ha-
bent deniq; finem, tum cognitionem, &, ut
Simplicius statuit, præparationem mentis ad
Theologicas contemplationes, tum praxin
& usum artium mechanicarum. Hæc vel ex
ipso Aristotele probari possunt. Initio 6. Me-
taph. ait: In scientia Mathematica sunt prin-
cipia & causæ. In 2. Phys. In Mathematicis
ipsum propter Quid, reducitur ad formam.
In 2. post. Mathematicus demonstrat per cau-
sam materialem. Mathematicum autem uti
genere efficientis hinc patet, quid demon-
strat aliquos duos angulos esse æquales duo-
bus rectis, quia siunt à linea recta cadente in

aliam

āliam lineam. Similiter ostendit aliquem angulum esse rectum, qui efficitur à linea recta perpendiculariter incidente in aliam rectam. Matheſi ſincim tribuit Aristoteles lib. i3. c. 3. Qui dicunt Mathematicas ſcientias nihil de bono & pulcro dicere, falſum dicunt. Finitem intelligit Philosophus. Bonum enim & finis ei convertuntur. Sic ergo Aristotelem Aristoteli opponimus. Sed conciliationem ejus docti quidam viri petunt ex 2. Moral. ad Eudemum cap. 7. Immobilia, ut in Mathematicis non per ſe quidem principia appellantur, ſed tantum ratione quadani & limitidine: quod ego dicerem, topicè ſeu logice. Sic lineis convenit motus (producuntur enim, ſecantur & concurrunt: hæc autem motus ſunt) non quidem naturalis; & qui ſub ſenſum ſubjectus eſt: ſed logicus, & qui animo ac ratione cernitur. Ut igitur ad alia progrediamur, cum venit in diſquisitionem: Definitiones & partitiones cauſarum cuius disciplinæ ſint? Disceptator & jūdex quæſtionis ſit ſyllogiſmus hic: Cujus doctrina generalis eſt, & in omni doctrina perquam necessaria, id in arte generali generaliſter eſt explicandum. Doctrina cauſarum generalis eſt, & in omni doctrina perquam necessaria: ac Dialectica eſt ars omnium communissima & generaliſſima. In Diale-

Rēs Mathe-
maticæ ha-
bent quandā
convenien-
tiā cum
naturalibus
cauſis.

PROBLEMA XIII.

An caussa propriè definiri possit?

Negatur.

CUM domi meæ esset optimus & doctiss.
vir Herim. Reinecherus, vice cotis fun-
ctus varia ad logicorum scholas perti-
nentia in medium afferendo industriam me-
am exacuit. Inter cætera quæsitum hoc est;
An caussa possit definiri? De negante senten-
tia conventum utrinque. Principia enim (ut
judicium nostrum Syllogisticum rudioribus
ob oculos statuatur) definiri non possunt.
Caussa est principium. Caussa igitur definiri
nequit. Minor per se manifesta est. Proposi-
tio hinc patet: Definimus per notiora &
priora. Principiis nihil est notius, nihil prius:
intellectui enim primò in quavis re occur-
runt. Ergo. Loquor autem de definitione
maximè propria. Nam alioqui distinguendo
rectè dici potest, principium non quidem
definiri à priori, sed à posteriori. Sic causa de-
finitur ex effecto. Hoc definitionis genus
propriè & discriminis caussa dicitur Descri-
ptio. Cùm igitur natura principiorum non
patiatur ea exactissima definitione explicari;

affe-

afferimus eorum *avocatōas* vel hypotheses, descriptiones exactas vel minus exactas, & velut adumbrationes veras tamen. De relatis etiam hoc recte dicitur. Eorum esse descriptions, non definitiones *avocatōas* di-
ctas. Hæ enim constant notioribus & clario-
ribus, quam est ipsum definitum. Jam vero ^{Propos.} *Assumpta*
in relatis nihil prius notitiā, vel posterius:
imò relata sunt simul natura; & quia sunt æ-
què nota: & quia essentia eorum simul oritur
& interfit.

EPΩTHMΑ XIII.

An sit Quinta Caussarum *ἀχέτυπος* seu
exemplaris?

Concluditur negatè.

In quæstionem cadit causa exemplaris: ver- ^{Kdijomētēs}
bi caussa, calopodium sutoris, vel idea cal- ^{est forma li-}
cei in mente sutoris, quo loco habenda sit? ^{gnei pedis.}
In qua explicanda non ero multus, cum hic
veritas nō sit sita in abstruso. Non defuerunt,
qui eam quintā caussam dicerent. Sed ii per-
similes mihi videntur ei, qui quintam velit
addere rotam currui. Videatur autem alicui ^{Ob. eth.}
Materialis esse caussa, quod ut ex hac res exi-
stit, sic exemplar sit, ex quo aliquid facimus,
teste Festo. Et Aristoteles in Metaphys. ajat:
Ex domo immateriali (quæ est in mente ar-
tificis) fieri materialam domum. Sed hie

Responso. animadvertisendum: *Ex non semper esse notam materiæ, sed aliquando etiam efficientis & formæ: & cum dominus immaterialis materia non sit, sed idea quædam ædificii futuri, quæ regit & juvat architectum; idcirco causam ταχειας μανιτω, seu exemplarem, ut dominum materiæ expertem; impressam cerebro artificis; ad causam efficientem rationalem, seu consilio agentem pertinere.* Exemplar itaq;, quod dicit Festus esse, ex quo aliquid facimus, interpretandum est, secundum quod aliquid facimus, & quod Aristoteles ait, ex domo immateriali fieri, accipiendum est, secundum dominum materialem fieri, ut ex paradigmate ligneo, hoc est, ad instar lignei calcei fit calceus coriaceus. Sic Cicerο ait, *Ex arte dicere, scribere. Ex præceptis sapientum vivere. Ex legibus Rempub. optimè administrare, pro ῥητῳ, id est, secundum præcepta, convenienter ac congruenter legibus.* Neque verò cuiquam videri debet, formam illam, de qua hic disputamus, esse tertiam caussarum, quæ rei exædificatio est, & εὐτελέχεια: formamq; rei in animo artificis, & causam formalem rei factæ, nihil differre: Ut enim archetypus ab imagine, sic illa ab hac differt. Forma rei in mente artificis est exemplar eorum, quæ in exteriore materia producit. Forma verò rei formatæ est imago & ef-

& effectum prioris illius formæ exemplaris. Formam enim ab efficiente effici ac procreari, nihil absurdum habet. Forma caussarum tertia, est caussa ~~veritatis~~ seu interior, per quam formata res subsistit. Eius vero seu exemplar seu forma, quæ exemplaris caussa dicitur, est ~~causam~~ seu mentis operantis: ideoq; extra rem factam, & ~~causam~~ tantum causa, eaq; adjuvans.

DISQUISITIO XV.

*An Causa Sine qua non, ut loqui solemus, sit
propriæ causa?*

Negatur.

Causa sine qua non, seu causa, ut loquitur Plato, nominantur ab eruditis ea quæ non sunt pars constituens effectum, nec agunt aliquid in effectu eo quod fit, sed ita adiungunt ut sine iis non fieret effectus. De hoc genere causæ queritur, an vere causa sit. Est autem non re, sed nomine tantum, & quasi causa, seu haber instar cause, & propter similitudinem causa dicitur: ut fundementum veræ causa non est parietum, nec parietes tecti, & tamen nec paries sine fundamento, nec tectum sine pariete effici aut constare potest. Oculus est vera causa visus: sed tamen visus non potest fieri sine me-

Causa sine qua non, nihil confert ad effectum seu effectio, & tamen ab agentibus separari nequit.

dio perspicuo & illuminato. Hoc igitur dicitur cauſſa Sine qua non visionis. Apertio val-
varum est cauſſa sine qua non ſparſæ lucis in
cubiculo. Lex est cauſſa sine qua non justifi-
cationis, quatenus revelat peccatum, ut red-
damur ſitientiores iustitiae. Et ut in vulneris
curatione remotio purulentæ materiæ cau-
ſa est sine qua non curationis : (non enim
potest curari vulnus, niſi pus removeatur)
ita in vera ad Deum conversione agnitio
peccati, & abjectio mali propositi, cauſſa est
ſine qua non ſpiritualis fanationis, justificationis & regenerationis, antecedens hæc, ut
ſine ea fides nec exiftat, nec accendatur, nec
retineatur. Cæterū utilitatem distinctionis cauſſæ sine qua non à vera cauſſa objec-
tione Theologica ostendam. Deus nobis
non est remiſſor peccata, niſi & nos remi-
ſerimus, ſeu ſine condonatione mutua of-
fentium proximo. Ergo mutua condona-
tio est cauſſa ſeu meritum diuinæ condonationis. Neganda eſt conſecutio, Quia plus
vel aliud eſt in conſequente, quam ex ante-
cedente potest inferri. Nam antecedens
loquitur de cauſſa sine qua non conſequens
de vera cauſſa condonationis. Noſtra con-
donatio eſt cauſſa sine qua Deus non ignoscit
nobis: ſicut Medicus non tollit morbum ſine
remotione puris in vulnera, (ſine ea enim
hoc

hoc non coalescit) nec tamen remotio puris est caussa curationis propria, sed Natura & Medicus. Sic vera condonationis divinæ cau-
sa est Christus & ejus merita, propter quæ Deus gratis ignoscit nobis per fidem. Sic Ju-
stificationis vera caussa est Christi meritum seu
gratuita misericordia, quia corda Spiritu San-
cto accensa fide apprehenduntur. Sed querat aliquis, cum caussæ sine quibus non sint anima
et ipsa & inservit, id est, otiosa & quieta, nihilq;
agant prorsus, ideoque verè caussæ non sint,
quorsum hoc stolidum & fatuum genus refec- Cicero.
tendum sit? Respondeo: ad Adjuncta, nisi for-
tè locum, sine quo nihil fieri potest, ad sub-
jectum referre malis. Tempus est caussa sine
qua non motus, productionis, corruptionis Aristot. s. 8c
rerum, id est, adjunctum inseparabile 6. Phys. Mori
autem mutatum esse non fit in tempore; fit est in tempo
tamen in aliquo, quod est temporis, hoc est, re mortuum
fit in momento temporis. Et logicus non ac- elle in sun-
cipit ita exquisitè tempus, ut physicus: sed si-
gnificatione liberiore. Sed aliqui locus videri objectio-
possit propria & vera caussa rei. Nam à loco
locata aliquo modo conservantur & perfici-
untur: pisces conservantur & manent in-
columes in suo loco: extra aquam moriun-
tur. Conservans locus est suum cujusque
ubi, ait Scaliger. Cur grave appeteret ferri
deorsum magis quam sursum, nisi in loco

Histor. 4. de inferiori esset vis aliqua perficiens? Leve mo-
do. *Aristot. 8. de* vetur sursum, quia ille locus est perfectio le-
huius anima- vis, in quantum leve. Pro varietate locorum
lium cap. 28. & 29. variant animantium generationes, magnitu-
do, figura, mores. Averroës 4. de cælo ait: Locum esse perfectionem locati, Quin etiam audet dicere, Ignem esse imperfectum, & quasi æquivocè ignem extra suum locum. Quid? quod in corpore humano, si membrum ex suo loco dimoveatur aliud, (dislocationem vocant) perit. Et Porphyrius patriam seu locum facit generationis principium.

In cap. de generac.

Respondeo, Hæc efficacitas quæ loco tribuitur, non est loci per se, seu quatenus locus est, videlicet spatum vel superficies; sed est qualitatum, quæ adjunctæ sunt locis, & corporum, quæ res locatas ambient. Sic pisces servantur in aqua: homines in aëre. Locus suus perficit meteora, metalla, animalia; quia virtus cœlestis, quæ transmittitur ad regenda & conservanda corpora sublunaria, per locum ad locatum transfunditur.

PROBLEMA XVI.

An Causarum divisio in Externas & Internas vera sit?

Affirmatur.

CAUSARUM aliæ sunt priores, ut *Efficiens & Materia*: aliæ posteriores, ut *Forma &*

ma & Finis. Ex his externæ sunt Efficiens & Finis. Internæ, Materia & Forma. Internæ sunt partes rei constitutæ, seu ipsa rei essentia: id eoq; causæ ~~socias~~ vocantur ab Aristotele. Externæ non ingrediuntur essentiam rei, ut architectus non est pars sui ædificii, & finis calcei non est pars calcei, finis hominis non est pars essentiæ hominis. Sed exploremus machinas, quibus hæc distinctio convelli posse videtur.

Primum: Quædam efficientia sunt externæ, ut ~~ærga rugitina~~, quæ interiorem irritant. Sic Medici externas caussas morborum vocant, quæ non hærent in corpore. Quædam sunt Internæ, ut ~~ænysuera~~, quæ sunt interiores dispositiones ab externis causis irritatae: ut bils in toto corpore exulcerans, & corrupta facta q; acrior ac venenatior, est interior causa dysenteriæ. Si igitur quædam causæ efficientes sunt internæ, distinctio proposita non est semper vera.

Resp. Indistincta pariunt confusionem, Externum confusio errorem. Distinguo igitur: Omnis dicitur alius, Efficiens est externa respectu essentia effecti, quid alicui aut ratione cuius pars non est. Interim quædam efficiens interna est, quædam externa subjecto, essentia, aut seu respectu loci rei effectæ. Sic frigus circumstans potest esse morbi externa caussa, quia extra corpus est, ut externum adjun-

ctum non inhæret subiecto. Fomes verò qui in corpore est, ut internum adjunctum in subiecto, morbi caussa interna est. Sed & frigus circumstans & interior fomes aut putredo morbi caussa externa est: quia ita extra morbum est, ut non sit pars & essentia ejus.

Objectio 2. Secundò. Finis alius est externus, alius internus, ut: Mathematicæ finis internus est cognitio veritatis. Externus est usus artium mechanicarum. Ergo.

Respons. Resp. Eadem est solutio cum priore. Internus hic finis dicitur, qui hæret in intellectu, & hunc perficit. Externus, qui est in alia re quam mente. Uterq; autem est externus hoc sensu, quod non sit pars essentia matheſeos. Deinde internus finis etiam interdum accipitur pro proprio & vernaculo, externus pro bimproprio & accidentario.

a) Ut vinum
bibere pro-
pter nutri-
tionem.
b) Ut bibere
propter e-
xistenciam.
3. Object.

Tertiò. Finis ingreditur aliquando rationem essentiae. Ergo. Resp. cum Scalig. Finem nunquam ingredi λόγον σοίς, seu rationem, ut loquuntur, essendi: nisi quando cum forma idem est, seu est finis formalis, à quo re non differt forma finalis. Sic forma naturalis est finis, qui per generationem acquiritur: forma domus est finis, cuius gratia architectus materiam comparavit. Quod hic finis est pars rei, inde est, quod talis finis dicitur finis

nis & cuius ab Aristotele à forma reipla nunquam separatur, immo est ipsa forma. At finis domus, qui est custodia rerum, & tutela domini adversus quaslibet injurias externas (dicitur finis & cui) manet extra essentiam domus.

Quartò. Materia Cœnæ sacræ externa est ^{4. Object.}
panis & vinum : interna corpus & sanguis
Domini. Ergo. Resp. Elenchus hic est ambi- ^{Responſ.}
gui. Panis dicitur materies externa, quod sit
cibus corporalis, & sub externos sensus ca-
dat. Corpus dicitur materies interna, quod
sit cibus spiritualis, & non expositum exter-
nis nostris sensibus, sed interiore oculo men-
tis tantum cernatur : non quidem invisibile
essentialiter in pane delitescens, carnaliterve
subsistens (ut ratio humana in pane corpo-
sculum quoddam imaginari solet) sed aspecta-
bile illud, quod pro nobis crucifixum, & nunc
à beatis in cœlo adoratur, homini interno
seu animo fide prædicto præsens. Interim &
panis & corpus Domini, & vinum & sanguis
Domini, sunt materia epuli illius interna,
quia sunt ejus pars essentialis.

Quintò. Christus in sacrosancta Cœna est ^{5. Object.}
& hospes, & cibus. Est igitur & efficiens &
materialis causa Cœnæ. Proinde efficiens ali-
quando est causa rei interna. Responderi po-
test dupliciter: i. Quia Cœna est actio mysti- ^{Responſ.}
ca, in-

ca, instituta ab omnipotente & omnisapiente Deo, exemplum hoc singulare est, quod non evertit regulam, seu τὸ κανόνα. Et unum individuum nō corruptit universale. 2. Dominus noster Jesus Christus, quatenus cœnæ efficiens est, ratione totius personæ, quæ θεάρηπατος est & ἀνθρωπότερος, externa Cœnæ causa est. Quatenus verò est Cœnæ materia, ratione nimirum & respectu carnis & sanguinis sui, est interna causa Cœnæ.

q. Object.

Responſ.

Postremò. Forma, ut quibusdam placet, alia est exterior, alia interior. Non igitur semper in causis internis numerari potest. Resp. Et hic exterior dicitur, quæ sensui subjicitur: Interior, quæ animo comprehēditur. Ultraq; autem nihilominus interna est, quatenus ἀχείσις in re inesse intelligitur,

P R O B L E M A X V I I,

An universalis sit Regula: Cessante causa, cessat effectum?

Respondetur per distinctionem.

In Lyſide,

A PUD Platonem exstat vulgatus Canon; Αἰνίας ἀπολογέντος, ἀδύνατόν τον εώς λιγότερον τις λιγότερον αὐτονομία, id est: Sublata causa, fieri non potest, ut porro sit illud, cuius erat ipsa causa. De hujus Canonis veritate quæritur. Sic igitur respondeo: Si spectetur relatio &

ratio & mutua affectio inter caussam & effectum, semper & posita caussa ponitur effectum, & remota caussa removetur effectum. Relata enim mutuò se ponunt & perimunt. Octavius cum pater est, habet filium : cum non erat pater, non habebat filium. Sin spe-
ciantur res subjectæ causis & effectis, distin-
guo. Effectum accipitur modo pro *έργοντι*,
id est, actione efficientis. Et tum verè dicitur:
*Cessante causa, cessat effectus: seu effectus
causa deficiente perit.* Modò accipitur *άντη*
έργοντι, id est, pro opere ipso, quod antea
causa effecit. At tum sublata causa, effectum
non necessariò & universaliter semperque
tollitur ac perimitur. Quid enim obstat, quod
minus opifice extincto perduret opificium,
& patre mortuo vivat filius? sicut perire &
tolliri potest effectum, manente causa: ut pe-
rire potest mundus, Deo conditore nihilo-
minus permanente.

Sublata cau-
sa, tollitur
effectus.

Sublata cau-
sa, non tolli-
tur effectus.

PROBLEMA XVIII.

An vera sit Regula: Qualis caussa, talis effectus. Et
qualis effectus, talis caussa?

TOPIA hæc Regula sèpè fallit. Nam
multa efficientia sunt, quæ non sunt uni-
voca (ita loquuntur Philosophi) necessa-
riò cum effectu. Deus æternus, infinitus, im-
mensus,

mensus, omnipotens est: at mundus & homo minimè. Nec qualis effectus, talis semper est caussa. Antū, inquit Scaliger contra Card. qui à motu calorem ducis, motum dices calidum? An Deum corruptibilem dices, propterea quod corruptibilem caussa est? Elementa neque vivunt neque sentiunt: quae ex iis composita sunt, partim vivunt, ut stirps, partim præterea sentiunt, ut animalia: partim non vivunt, ut meteora. Quod autem ex elementis, quamvis sensu destitutis, res quædam existunt quæ sentiunt, ejus rei caussas reddunt Physici, è quibus tina est motus: hoc est, et si prima elementa non sentiant: propter multas tamen variasque mutationes & alterationes fit, ut animalia tandem vim sentiendi acquirant. Sed aliena agamus.

P R O B L E M A X I X.

*An caussa efficiens semper rō ἥρω, id est, tempore
fit ante rem effectam?*

Concluditur negare.

CERTISSIMUM est *aξιωμα*: Omnis causa est prior effecto naturā, ut Sol naturæ ordine prior est sparsione radiorum: et si causa & effectum tempore simul esse possint, quod codem exemplo ostenditur. Et quidem mate-

materia rei semper præcedit rem tempore.
Sed speciatim nunc quæritur de Efficiente,
an semper sit ante rem effectam.

Replpond. De non continente, id est, quæ non est conjuncta cum effectu, verum est, quod semper sit ante effectum. Continens verò causâ seu ~~orventiū~~ semper conjuncta est cum effecto, seu nullo tempore incomitatū relinquit id, cuius est causa, seu neq; præsenti, neq; præterito, neq; futuro tempore deserit effectum suum. Ac dicitur continens seu Synecticon, quod contineat & conservet effectum, vel quod causæ & effecti tempora sint continuata immediate. Videris Arist. post. Anal. libr. 2. c. 10. Unde & ὅμοια dicitur. Ομόια autem sunt illa, quæ sunt simul ~~πλέον~~ ortu καὶ λεγόντων, quæ etiam commodè dicuntur ὁμόχορα: ut Eclipseis & causa eclipseos. Etsi enim causa eclipseos lunæ sit prior naturā ipsa Eclipsei lunæ: tamē eo tempore, quo fit Eclipseis, est simul causa Eclipseos: (hoc est, cùm luna orbatur luce illa, quā à Sole mutuantur, simul quoq; καὶ σταύρῳ terra inter Sollem & Lunā intericitur) cùm exstitit Eclipseis, simul quoq; exstitit causa Eclipseos: cùm futura est Eclipseis, simul quoq; futura est ejus Eclipseis origo causa. Cùm sit vacuitas ab omni calore difundente, glacies sit: cùm fuit seu exstitit vacuitas illa, fuit seu exstitit glacies: cùm erit illa ~~πυρεκτική~~ cur & definit ~~πυρεκτική~~ cum causa, quæ est ~~πυρεκτική~~

vacui-

vacuitas, glacies erit. Causa igitur glaciei natura quidem prior est glacie, sed cum glacie simul tempore est. Glacies durat perdurante causa sua: non durat, cum causa tollitur. De hac causa intelligendum, quod Jul. Scaliger ait: Causa immediata protinus cohæret cum effecto. Sic in Medica arte: Continens seu conjuncta causa definitur, qua præsente adest morbus; & qua remota removetur morbus. Pleuritis est Synecticon ejus febris quæ accedit. Calculus vesicæ est Synecticon, & causa consummata obstructionis seu impeditæ urinæ, qui morbus non nisi illo remoto definit. Causa febris putridæ non continens ~~receptaculum~~, seu externa, sunt aquilones & frigora constringentia, itemq; balnearum astringentium usus. Non continent ~~receptaculum~~, id est, antecedentes internæ causæ sunt cutis astrictione, & prohibita transpiratio. Continens causa est putredō humoris accensa in venis. Hic continens & proxima causa simul est cum morbo effecto. Inseparabili illa causa posita adest morbus, aucta augetur, vigente viget, crescente crescit, cellante cessat. Causa vero non continens, ut externa, tempore prior est morbo procreato. Nec quam obstat axioma: *qua rō aī nov rō ē aī nov*, Simul sunt causa, & id cuius est causa. Simul enim est causa cum suo effecto, quod ad afferendū

**Conjuncta
causa agit
immediate;**

**Medici di-
dunt causas
morbis in ex-
ternas & in-
ternas: int̄ r-
nas subdivi-
dunt in ante-
cedentes seu
mediatas; &
conjunctas
seu imme-
diatas.**

z. Objecti-

Responſ,

guendi affectionem attinet. Nec officit nobis Avicenna, qui quādam caussas conjunctas separari à suis effectis posse ait: ut humor acris & mordax in dylenteria et si excretus fuerit; effectus tamen manet. Nos enim lo-
 quimur de ea caussa, quae græcis propriè &
 vèrè ~~πυρετοῦ~~ dicitur: Ea est inseparabilis ab
 effecto, ut vèritositas à colica. Sed de superio-
 re exemplo objici potest: Si putredo caussa
 esset conjuncta febris putridæ: remota pu-
 tredine, calor quoq; febrilis removeretur. At
 hoc non fit. Nam refrigeratio ultima in cu-
 ratione Medici operatio necessaria est. Ergo
 putredo non est causa conjuncta putridæ fe-
 bris. Neganda est hic consecutio: plus enim
 est in consecutione quām in præmiss. Pro-
 positio loquitur de calore febrili generatim.
 Conclusio de febri putrida. Itaq; sic inferen-
 dum erat: Si putredo esset caussa conjuncta
 febris putridæ, remota putredine febris quo-
 que putrida cessaret. At hoc non fit. Ergo pu-
 tredo non est caussa conjuncta putridæ fe-
 bris. At hic neganda est assumptio. Nam pu-
 trescente humore sublato, febris putrida de-
 sinit: et si calor aliquis manet. Putredo enim
 ut non cujusvis febris caussa est: ita abiens
 non quemvis calorem statim secum tollit,
 sed eum tantum, cujus vera propriaque
 caussa est. Sed hæc, quæ ad Medicorum

Scholas pertinent $\omega\varsigma$ $\epsilon\nu\pi\alpha\varsigma\delta\varphi$, à nobis dicta
funto.

P R O B L E M A X X .

*An per se caussa posse dividii in spontaneam
& naturalem?*

JULIUS Scaliger adversus Card. Exer. 77. &
alibi, $\tau\delta$ Sponte etiam rebus, quarum nulla
est voluntas & electio, tribuentem animad-
vertit, nihil illud aliud esse, quam voluntarie
& libenter; quod hoc adverbium est sponsio-
nibus natum sit (teste Varrone:) Sponsiones
autem omnes sunt voluntariae. Eo accedit,
quod actiones spontaneas Ethicus tantum
tribuit voluntati. Haec si vera sunt, divisio, de
qua queritur, admitti poterit. Sed ego omni-
po statuo: Sponte ab optimis quibusq; Latini-
nis veteribus & recentioribus non tantum
studio, voluntate, judicioq;: sed etiam natura
agentibus tribui. Id quod exemplis fieri testa-
tius. Cic de Nat. deor. Ignis per se ipse ac sua
sponte movetur. Hic sponte sua & per se ipse,
idem sunt: nec sua Sponte significat voluntate,
sed, ut idem loquitur Cicero, illud explicans,
sua pte vi & natura. Virgilianum est:

Sponte sua Sandyx pascentes vestiet agnos.
Columellae hoc est libro de arborib. Placeat,
sicut Virgilio, nobis quoque duo esse genera
surculorum, quorum alterum sua sponte gi-

gni-

gnitur, alterum cura mortalium procedit.
 Idem lib. 9. c. 4. de reruſt. Est, inquit, sativa cy-
 tisus, & altera lux spontis. Sic Matthiolus in
 lib. de plantis: Rosmarinum coronarium na-
 scitur sponte nonnullis in regionibus, id est,
 à ſe, non ſata, vñ jn ſcibſt. Eſi autem prima
 origine Sponte significare voluntate & lu-
 bens, & ſpontaneum (quæ vox nova eſte vide-
 tur) voluntarium eſſe concedam: hoc tamen
 nihil prohibet, quò minus etiam generalior
 significatio vocis probanda & recipienda ſit,
 quæ & voluntario & naturali convenit; ſeu
 idem eſt, quod a p. e. autē, id eſt, à ſeipſo, ſive ve-
 rē ſit à ſeipſo, ſive ita videatur; ut interdum
 Græcum *αὐτόματος* & *αὐτομάτως*. Sic res ali-
 qua dicitur *αὐτόματον γένεται*, id eſt, vi ſua, ſeu
 ſua natura oritur. Sic Demostheni *αὐτόματος*
σάρανθος eſt naturalis, vi naturæ obveniens;
 non *ἐπεισίος*, n̄ *αὐτομάτης*, non accersita volun-
 tate. Sic machina horaria dicitur *αὐτόματον*,
 quod ſponte ſeu à ſeipſa moveri videatur;
 cùm re vera motus ejus non proficiscatur ab
 interna cauſa, hoc eſt, neq; à natura, neque à
 voluntate; (neutrū enim horum horolo-
 gio inest) ideoq; propriè neque ſit naturalis,
 neque voluntarius; ſed exiſtat ab extero
 principio, ſeu ſit violentus, & extera aliqua
 impuſione effectus.

Spontaneū
eſt voluntate
rium vel na-
turale.
Sponte eſt
voluntate
vel natura

PROBLEMA XXI.

*An efficiens dividenda sit in cogentem & coactam:
item an Efficiens per se triplex sit: Agens naturā,
consilio, coactione?*

ET si agenti vi externa, seu necessitati coactionis opponi possit cogens, ut motæ opponitur movens, seu impulsæ impellens: tamen cum caussa cogens agat per se, coacta verò per accidens; prior illa sub modis agentium φυσικῶν καὶ προαιτηπικῶν continetur: & neque in distinctione caussæ per se, neq; in distinctione caussæ per accidēs membrum facit. Naturale enim agens aliās agit cogendo, aliās non cogendo. Προαιτηπικὸν agens efficit interdum cogendo, interdum sine coactione. Ita coacta caussa agit modò cogente natura, modò cogente voluntate. Venti incumbentes mari sua natura efficiunt tempestatem, & cogunt navigantes ad mutationem cursus, hoc est, deferunt eos, quod non volunt. Tyrannus est caussa voluntaria sacrificii Idololatrici, ad quod cogit Christianum. Aqua denique calefacit impulsu ignis. Verūm inquis: Effectum aut est naturale, aut voluntarium, aut neutrum, id est, neque naturale, neq; voluntarium, sed violentum. Nam voluntarium opponitur & violento, & naturali. Et necessarium duplex est: Unum, quod opponitur violento: alterum, quod vo-

lun-

Object.

luntario, seu ei quod sponte seu ultrò fit. Exemplum suppeditat nobis Ethica. Naturales sunt nobis virtutes (quodammodo) quia non sunt nobis quid violentum, & contra naturam; cùm sint in nobis *survivens*, quarum adminiculo possumus acquirere virtutem. Nec sunt nobis naturales (simpliciter) virtutes, quia sunt voluntariæ, seu proficiscuntur à voluntate, & fiunt illarum actiones *en wegaugētōs*, id est, per electionem. Ergo & efficiens aut naturalis est, aut voluntaria, aut cogens. Valet consecutio, quia relatorum eadem est disciplina. At ego respondeo; i. Conclusio *Responſ.* em esse *ἀνυπέγενον*. Si enim effectum est causæ per se, ut naturæ, vel intellectus & voluntatis; vel causæ per accidens, ut agentis necessitate coactionis, sequetur hoc: Efficiens agere vel per se, ut natura, aut intellectu & voluntate: vel per accidens, ut coacte. Rectissimum enim est efficientis (ut & effecti) modos secundum principia interna & externa *αὐτιδιαιρεῖσθαι*, (id est, contradistingui) & his suas, illis item suas partes subjici. Si, inquam, est effectum aliquod violentum, id est, non sua, sed externavi agentis, hoc est, coacti: erit causa aliqua externâ vi agens, hoc est, coacta. Ergo ex divisione illa effecti sequitur, efficientem esse naturalem vel voluntariam, vel coactam, non verò cogentem:

etsi per consequentiam sequitur, esse quan-
dam causam cogentē, ut & est quoddam effe-
ctum cogentis: sed effectum hoc effectū cau-
sæ per se est, ut causa cogens per se est vel na-
turalis, vel voluntaria. Etsi enim effectum ali-
quod nec à mea natura, nec à mea voluntate
per se productum est: tamen ab alia causa na-
turali vel voluntaria per se produci potuit,
vix mihi inferente. Deinde cum unum &
idem sit effectum cogentis & coactæ causæ,
quatenus effectum cogentis est, pertinet ad
naturale vel voluntarium agens, & neutri op-
ponitur: ideoq; relatè contrarium est causæ
per se, Quatenus verò est effectū coactæ cau-
sæ, pertinet ad effectum per accidens, ut spe-
cies ad genus: itaq; relatè opponitur causæ
per accidens. Adhac voluntarium opioni-
tur nō tantum violento & naturali, sed etiam
fortuito. Et naturale tūm voluntario, tūm
violentio, tūm etiam fortuito. Itaq; causa per
accidens non tantum est agens necessitate,
sed etiam efficiens fortunā.

PROBLEMA XXII.

*An efficiens per se rectè dividatur in Naturalem
& Contingentem?*

Negatur.

RATIONES negationis hæ sunt: i. Quia
contingenter & per accidens sæpe pro
eodem

codem accipiuntur. 2. Quia effectum aliquod propriè contingens dicitur, non verò causa. Dicendum igitur erat: Efficiens per se est naturalis seu natura agens, vel agens cōtingenter. Sed ne sic quidem probaverim divisionem. Nam ut prius, sic & posterius membrum principii insiti appellationem habere debet. Fons autem seu principium agendi non est contingentia; sed voluntas vel elec̄tio ipsi, cuius circumstantia quædam est contingentia: ut princeps volens cras venabitur, & quidem contingenter. Adde, quod videtur impropriè Deo tribui contingentia; ut dicendus sit Deus condidisse mundum non contingenter, sed liberè, (quanquam hoc in præsentia non exutio.) Atque sic divino illi agenti distinctio illa non conveniet. Itaque peccabit angustia. Quid? quod ne naturali quidem semper opponitur contingens; sed cum illo concurrit in uno eodemq; effecto: ut, cras fulgurabit, tonabit, & naturaliter & contingenter.

PROBLEMA XXIII.

*An efficiens per se recte dividatur in Naturalem
& Non naturalem?*

Negatur.

QUIDAM, cuius nomē prudens omitto, hanc divisionem nihil habere incommodi

G 4 modi

modi putat. Sed quia infinitum nomen vagum est, & negatio scientiam propriè non facit, & affirmatum vocabulum hic in promptu est; non approbanda videtur. Nec est, quod quis putet, dividi posse in naturalem & præternaturalem. Si enim virtus non est nobis insita à natura (quia habitus virtutis acquiritur:) nec etiam in nobis est præter naturam (quia habemus naturalem ad eam aptitudinem;) & tamen effectum alicujus causæ per se est, videlicet consuetudinis, seu frequentium operationum, quæ fiunt per electionem à voluntate proficiscentem. Manifestum evadit, in distinctione efficientis per se, naturali opponendum secundum electionem agens; & præter ac contra naturam agens referendum ad caussam per accidens, quæ caussæ per se opposita est.

PROBLEMA XXIII.

An efficientis divisio per se & per accidens sit immediata?

Affirmatur.

VETERIS Academiæ parens, & alter profanæ Philosophiæ coryphaeus Plato eleganter: Αποειαν πτοειν, id est: Dubitatio rerum copiam seu promptam cognitionem assert. Dubitationem enim sequitur

tur quæstio. Quæstiones autem sic solent esse notæ & indicia dubitationis aut ignorantiae; ut tamen etiam sint veluti antea bulus quidam cognitionis. Nam ad rationis tribunal vocatæ disceptantur, considerantur, dijudicantur. In quæstionem itaq; vocabimus quod docetur: Efficientem caußam efficere aut per se, aut per accidens. Περὶ φασίς seu occasio & dubitandi & cognoscendi est, quodd verbum Dei est organon conversionis hominum ad Deum. Organon autem reducitur ad caußam efficientē, ait Scaliger. Verbum igitur Dei reducetur ad efficientem. Ergo (si integra est distinctio) ad eff. per se vel per accidens. Si per se caußā est, ager insita vi vel naturæ vel rationis. Non illud; quia necessitate physica, seu latente virtute naturali non agit, ut herba. Non hoc; quia rationis & consilii expers est. Si per accidens; ager facultate externa, coactionis nimirum necessitate, vel fortuna. Neutrum dici potest. Nec enim vi Magica, aut Dei aliūsve caußæ transnaturalis coactione, nec casu fortuitōve homines convertuntur. Videtur igitur aliquid medium esse inter caußam per se, & per accidens. Sed solutio, ἀπὸ cognitionis, hæc est: Distinctionem hanc efficientis exemplo Verbi Dei non labefactari. Verbum enim Dei non est efficax, non est conversionis cau-

sa, quâ dicitur, & est sonus evanescens: sed qua accipitur & consideratur, Verbum igitur auditum, lectum, meditatum: seu Verbi auditio, lectio, cogitatio, quæ mentis & voluntatis est, & causa novitatis spiritualis instrumentalis, & medium efficaciam filii Dei, & S. sancti, ad efficientem rationalem seu consilio agentem attinens,

PROBLEMA XXV,

Utrum Habitus, verbi gratia, ars, sit referendus ad Caussam efficientem, Naturalem, an Consilio agentem?

Diu me torsit, & suspensum quasi tenuit
hoc *ζητημα.* Habitus enim, ut ars, vide-
tur neq; naturā habere, neq; *προσδιεστη.*
Ars autem multa efficit, seu multa sunt artifi-
cioia effecta. Itaque videtur medium esse ali-
quod inter agens consilio & natura, quod
neutrū horum sit, & dicendum Caussam
efficientem per se esse vel Naturalem, vel Ra-
tionalem, vel Artificialem. Neq; enim ars est
causa per accidens eorum quæ producit, sed
Αριθ. 2. Phys. causa per se. Potest etiam alicui in mentem
τέλον με- venire, artem referēdum ad Naturale agens,
μεταγενή τέλος quod naturam semper vel imitari, vel adju-
φύσιν. vare, vel perficere nitatur. Ego re diu mul-
Ex usiq; differe- tamque *ἄρω καὶ κάτω* versata, tandem statuo:
Habi-

Habitum, ut artem, referendum ad efficien-
tem consilio. Est enim habitus qualitas a-
nimæ ad agendum secundum rectam ratio-
nem. Et ars Platonis in Gorgia est *τέχνη μα-
τρία* seu *πράγματος μετὰ λόγου τεχνής τεχνον* έχοντες. Id est, ratione quædam seu via cum ra-
tione conjuncta, quæcerro consilio ad opti-
mum finem refertur. Et quibus arte aliquid
facere propositum est, voluntate ii & ratio-
ne faciunt.

rit: Ergo be-
ne differit.
Est ab effici-
ente habitu.
Bene seu ar-
tificiosè dis-
serit: Ego
Dialecticam
didicis. Est
ab effectu ha-
bitus seu ate-
ficio.

Duo hic possunt nobis occinī: 1. Consilio 1. Objecū,
agens, est inconstans seu instabilis caussa. Ars
autem est constans, quia certis & perpetuis
constat præceptis. Ergo non potest adaptari
efficienti consilio. Resp. major non est neces-
saria. Deus est agens voluntarium: & tamen
nō est inconstans caussa. Et homo habitu suo
potest constanter agere: ita tamen, ut liberè
agat, & non semper specialia ejus effecta sint
eadēm. Ad min. Ars, quod ad *τέχνην* seu præ-
cepta, est constans: sed quod ad *τέχνην* atti-
net, est varia, & non uniuersi modi.

2. Ars et si mente & ratione utitur: non ta- 2. Objecū,
men consulit (*ε βολθενη*) nec deliberat. Seu
De his consilium est, quorum ars non est. 2. Ad Theor.
Phys. Arist. cap. 8. & i. libr. Rheticorum:
Ars enim omnis præceptis generalibus &
veris constat, quæ artificem regunt. Gram-
maticus cùm teneat artem purè loquendi,
non

non deliberat secum, quemadmodum, id est, emendatè, an non, scripturus sit. Sartor non deliberat, an debeat vestem conficere ex panno. Ars igitur ad Efficiens judicio reduci non potest.

RESPONSIo.

1. Resp. i. per distinctionem Consilii politici & ejus quod proprium est cuiusq; artis. Artifex forensi quidem & civili more non consultat: sed sine consilio tamē & iudicio artis nihil efficit: è regulis artis suæ judicat quod agit: secus, non artificiosè, sed temerè ageret.
 2. Distinguо inter artes fabriles, & alias. Quòd Aristoteles ait: Artem non consultare, accipiēdum est de artibus fabrilibus duntaxat, ut: Sutoria, textoria, architectura. Nam Medicus sanè consultat, quod pharmacum, & quantum propinare debeat ægroto. Etiamen licet fabriles & manuariæ illæ artes, ut quæ suunt, texunt, ædificant, non consultant de materia ex qua: consultant tamē aliquando de forma materiei inducenda. Itaq; quòd ars non utatur consultatione & deliberatione, id Aristoteles recte in Ethicis libr. 3. restringens: In artibus, inquit, ac scientiis iis, quæ exquisitæ suunt, & se ipsa contentæ, consilium non est: ut, in literis scribendis nulla nobis, quemadmodum scribendum sit, dubitatio occurrit. In iis verò quæ nostra opera effici solent, nec semper eodem modo eveniunt,

niunt, consultamus: ut, de rebus ad medicinam spectantibus, &c. Sed saepius in deliberationem cadunt ea, quae ab artibus, quamquam a scientiis proficiscuntur, propter ea quod magis ea nobis veniunt in dubium. Hactenus Aristoteles. Accedit huc Simplicius, qui Artis, inquit, quae in conjectura positae sunt (propter eventum incertum: nam alioqui eae etiam quibusdam praceptis universis constant) consilio utuntur. 3. Distinguo inter Generale & Speciale: Medicus, verbi causa, de generalibus praceptis, quale est: Contraria contrariis curanda sunt, non consultat. At interim saepe consultat, quid factio opus sit, quod pharmacum magis expediat, quod minus.

Verum objicias, hoc esse prudentiae, non artis. Resp. Hac prudentia non est expers artis, & ab arte pendet, nec ars est sine prudentia, cum ~~τέχνης~~ ejus suscipitur. Praeterea objecti potest: Si ars ideo refertur ad agens consilio, quod artifex ita agit: natura quoque referenda erit ad efficiens judicio, quippe quae agat ex providentia seu consilio Dei sapientissimo. Sed naturam nemo refert propterea ad efficiens agens consilio. Ergo. Resp. Est disparatio: Nam ars est habitus internus, seu animi, & forma artificis. Itaque ad agens τὴ βολὴ referri potest. Providentia vero extra natu-

ram

ram est, & agentis naturalis $\delta\sigma\tau\alpha$. Itaque voluntario agenti Natura, rationis expers, non subjicitur.

M E L A E T H M A XXVI.

*De causa Fortuita. Ubi queritur, an Fortuna
sit causa per accidens?*

Conclus. Negativa.

DUBITARE (hoc est, quærere de dubiis) propè est scire, ait Aristoteles. Neq; hoc quidem ab re. Quæsitor enim aliquis, & commodus dubitator latentes & quasi consopitos animorum suscitat igniculos, illisque sæpe ad collustrandam veritatis faciem profomite utitur. Id sane evenit mihi in Logorum & Physicorum commentationibus de fortuna. Peripatetici Doctores magnò numero fissionem suscepit agri colendi gratia, si ea thesaurum reperit, repertionis hujus causam per accidens & fortunam esse pronunciant. Si quis eat in forū gratia emendi, & incidat in debitorem, à quo recipit pecuniam, itio illa dicitur esse fortuna solutio-
nis, & solutio seu pecuniæ receptio, effectus fortuitus. Sic piscatio, quæ est directa ad capiendum extrahendamq; pisces actio, cùm tripodem aureum pro pisce extrahit, causa est extracti tripidis per accidens, & fortuna

Aristo

Aristoteli: quippe qui Fortunam & casum
nominet causas per accidens eorum eventu-
um, qui neq; provisi sunt aut cogitati, neque
ordinati, & quorum causâ non est suscep-
ta actio.

Hic ergo non inutilis offertur nobis ~~am-
eia~~, An verè, philosophicè, & latinè græcè ve
Voluntas pescatorum, seu ipsa actio, videli-
et ipsa pescatio, dicatur Fortuna ab Aristotele?

Negandum hoc mihi videtur. Nam For-
tuna est vel causa per se, vel eventus: nun-
quam vero causa per accidens. Probationes
in promptu sunt hæ: 1. Causa qua per acci-
dens causa eventus alicujus à nobis assertur,
non est quiddam incertum, dubium huma-
no iudicio, ambiguum: ut pescatio capiendo-
rum piscium causâ instituta, cùm causa est au-
rei tripodis capti, in sensu incurrit. At fortu-
na est ~~ἀρεις~~ & ~~ἀστρα~~ ἀσπερινη διάβολος, id est,
incerta, & nobis incognita. Ergo fortuna non Aristot. 2d
est causa per accidens. 2. Fortuna est id quo Aristot. 2d
voluntatem seu actionem hujus excitat vel
gubernat. Hoc autem causa per se est, ut &
ipsa gubernatio. Ergo Fortuna est causa per
se. 3. Quod latenter & occultè agit, nō neces-
se est esse causam per accidens. Nam Deus
seu providentia Dei sāpe dicto modo agit,
~~ne~~ctamē est causa per accidens effectorum.

*Fortuna non
debet dici
causa per se
cidens. Sic
pescatio non
debet dici
fortuna ex-
tracti tripodes
dis.*

Fortu-

Fortuna autem est aliquid latenter & occulta agens, ut Cicero scribit. Ergo &c. 4. Adde quodd in versu Agathonis dicitur: Ars Fortunam colit & diligit, & vicissim fortuna artem: ubi fortuna significat gubernationem divinam, fatum, vel dexteritatem ingenii: quae certe causae per se sunt effectorum. 5 Fortuna saepe etiam pro eventu fortuito usurpari quis necit? Cum Medicus omnia faciens, quae suæ artis sunt, non tamen curat, fortunam adversam dicimus, id est, eventum infelicem. Sic fortunam belli anticipitem dicimus. Et Poëta: Disce puer virtutem ex me, verumque labore: fortunam ex aliis, id est, eventus fortuitos. Actionem interim nostram, ut profecionem, fissionem, impropriè & tropicè dici posse fortunam & τύχην non negamus: Sed de proprietate & non communis usu hic agimus. Quorsum omnia hæc? Ut intelligas, pro fortuna, cum causa per accidens statuitur, dicendum, *Causa fortuita*, seu efficiens fortunam, id est, vis fortunæ (de voce enim potius quam de re disputatio est: quæ non habenda est μικρολογία, quia, ut sapienter dictum est à Græco, ο σοφὸς εὐθυρρήμων ἐστω.) Fossio suscepta ad vites plantandas, vel vineam pastinandam, non fortuna, sed fortuita causa est reperti thesauri (non enim hic eventus propositus & prævius, immo ne per somnum qui-

Sic & hic:
 Evehitur ne-
 mo, nisi cui
 fortuna be-
 nigna est.

Sapienter
 loquatur.

quidem cogitatus fuit) & quidem instrumentalis ministraq; quodammodo causæ occultæ obscuræq;, quæ per se est causa. At vero inquit aliquis 1. Fortuita quoque causa, quæ 1. Object. causa per accidens dicitur, obscura vi facit. Resp. per distinct. Fortuna quæ causa per se est, sua vi latente & obscura: Sed causa fortuita, quæ causa est per accidens, facit obscura & latente ut *extranea & aliena*.

2. Fortuna nihil est, purum putum signum est. Ergo ne quidem est causa per se. Resp. Fortuna equidem nihil est, quatenus intelligitur Numen Ethnicum, & nisi reducatur ad certam aliquam causam, ut providentiam, Dæmonias, ingenii felicitatem, &c. Reductivè igitur, seu, ut Græci loquuntur, *κατ' αὐτοὺς* est aliquid. Et eventus aliquis fortuitus dicitur, qui in alterutram partem evenire potest, potuitve: quod divinæ providentiae, vel causæ abstrusaæ, per quam hæc agit, momenta rationesq; ignoremus.

Tertiò, sunt qui contendant, Aristotelem 3. Object. per fortunam, quam causam per accidens facit, intellectisse divinam quandam causam occultam, & humanæ menti ignotam, quæcunq; tandem illa sit, quæ cum causa per se *stavice* nostra vel natura concurrat ex accidenti, seu ferè ut accidens, eademq; actione (verbi gratia, fissione, ut ministra, instru-

mento, seu medio, vel caussa sine qua non ad suum effectum producendum (inventionem thesauri) utatur, quo illa utitur ad suum (culturam seu plantationem) vitium. Ita fortuna fuerit caussa per accidens, respectu causa per se in suo effecto proposito producendo versantis, (id est, quæ quasi acciderit menti seu voluntati seu actioni pescatorum voluntariæ) non verò respectu effectus nō propositi à caussa per se, ut capti tripodis, de quo pescatores non cogitayerant. Ita etsi fortuna quasi accidat efficienti alteri aliud agenti: tamen non per accidens, sed propriè, verè, & per se causa eventus insperati, ut reperti thesauri, fuerit. Sed ego adhuc communiorēm retineo sententiam, nimirum, quod Aristot. voluerit: fortunam esse mentem hominis, naturam, vel horum actionem: fortunam esse caussam per accidens, non tantum ex parte caussæ per se (sic enim nihilominus fortuna erit caussa per se eventus ejus, qui fortuitus dicitur sed etiam & quidem in primis ex parte seu respectu effectus accidentarii, id est, ejus qui accedit ad effectum per se causæ: ut actionem vinitoris esse caussam per accidens, quæ dicatur fortuna, inventionis thesauri, effectus accidentarii, hoc est, conjuncti cum apertura terræ, quæ fossoris effectus per se est, propter quem laborem suscepit.

Ut

Ut ut autem sit, seu utramvis sententiam Aristotelis dixeris, hoc teneatur: Agens naturale & voluntatem hominis aliquando fieri causam per accidens, sed non esse fortunam: causam quidem per accidens inventionis: thesauri esse fissionem, sed fissionem non esse proprie fortunam. Est enim fission Fortunae (per se causae, agentis sua vi) medium: & causa accidentaria agens (id est, tam illum effectum producens) non sua, sed Fortunæ efficacitatem.

Cæterum cum supra i. probatione diximus, causam per accidens rei non esse quiddam incertum & dubium, monendi sunt adolescentes, illam tamen etiam infinitam, Aristot. e. incertam, dubiam & obscuram recte dici Phys. cap. ii. hoc sensu: Quia non est una aliqua causa communis, ut: potest aliquis multis de causis proficiere ad forum, nempe, aut ut aliquem visat, aut ut persequatur, aut ut fugiat, aut ut tragœdiam spectet, quorum unumquodque potest esse causa effectus non propositi seu fortuiti, ut receptionis pecuniae à debitore. Hæc autem quamquam perfectionis sunt fines, respectu tamen receptionis pecunie habent se ut causæ efficientes. Quid multa? Rerum fortuitarū certæ sunt causæ per accidēs, duæ, generatiū loquendo, agens naturā, & agens consilio, seu animi iudicio. Sed incertæ &

Causæ per accidens indefinitæ sunt seu numero indeterminatae, respectu effectus qui potest proficiere à multis causis.

infinitæ ferè esse possunt caussæ particulares
seu speciales rerum fortuitarum, ut: Potesta-
liquis Romano Pontifici fortè occurrere in
via, quia aut deambulatum ierat, aut negotia-
tum, aut aliis de causis innumeris.

PROBLEMA XXVII.

Sitne Generatio verè contraria corruptioni?

Affirmatur.

AD distinctionem Efficientis in procre-
antem & conservantem, ubi corrum-
pens quoque intelligenda est, disceptari
video hanc Quæstionem: An Generatio cor-
ruptioni sit contraria. De hac igitur quod
mihi verum videtur, brevi exponam. Gene-
ratio qua fit ut res sit, & sub qua generaliter
accepta, doctrinæ constituendæ gratia, in Lo-
gicis complectimur Procreationem & Con-
servationem, (Conservare enim est quoque
quoddam generare, cum sit τὸ θέμα continuare,
Scaligero teste) illa, inquam, generatio
contraria est Corruptioni, qua fit, ut res ab-
oleatur seu tollatur, aut labefactetur. In Phy-
siciis, ubi generationem specialius pro pro-
creatione accipio, ipsam quoq; corruptioni
contraria cum Aristotele facio: quod hi motus
contrariis differentiis distinguantur. Etenim
Generatio est mutatio seu progressio à non
esse

esse ad esse. Interitus contrà ab esse ad non esse.

At inquis: Generatio est corruptio, & vi- Obiect.
cissim corruptio est generatio. Generatio unius est corruptio alterius: & è converso. Corruptio unius, ut ovi, est generatio alterius, ut pulli. Ergo inter hæc nihil est evan-
tius seu contrarietatis.

Resp. ad antecedens partim per inficiatio- Responsio.
nem, partim per distinctionem.

Primum enim generatio ejusdem non est corruptio ejusdem, ut: generatio Platonis non est corruptio Platonis.

Deinde generatio unius non est corruptio alterius formaliter, definitione, & propriè. Generationis enim non est eadem quæ corruptionis definitio. Generatione nova constituitur essentia, nulla perimitur. Si quid verò in re generanda interierit interim, id non generationi, sed adjunctæ corruptioni tribendum est. Generatio pulli non est corruptio ovi ~~xerwntos~~ loquendo. Quia pulli genera-
tio est mutatio, qua aliquid acquiritur, & ut Scholastici loquuntur) terminatur ad esse. Corruptio verò est mutatio, qua aliquid amittitur & terminatur ad non esse. Jam verò mutationes, quæ ad diversos tendunt terminos, evan-~~natos~~ aliquam includunt, & rā eides seu λόγω & formaliter idem esse nequeunt.

Tertiò. Concedo interim generationem
seu procreationem unius, esse corruptionem
alterius consequenter (Scholastici dicunt
per concomitantiam) & μετανομάσις : quia
nimis ad unius, ut ovi, interitum conse-
quitur generatio alterius, ut pulli, & vicissim.
Ita scilicet connexæ & complicatae sunt hæ-
matocœla, ut una ad alteram necessariò con-
sequatur : idque propter naturam materiæ,
quæ cùm per se ipsa minimè existere possit,
cùm unâ formâ exuitur, ut alteram induat
necessitatem est : & cùm duabus perfectis formis
simul perfici nequeat, cùm una oritur ac præ-
stò est, alteram προτερηθεῖσα (præexistentem
dicunt) interire necessitatem est, ut ens sit unum,
nec fiat monstrosa specierum confusio &
commixtio.

56.

Porrò inquis, in Logica corrumpere est
procreare.

*Corrumpere
rem & pro-
creare non
sunt idem.*

Resp. Corrumpere est quidem efficere, sed
non est efficere illud speciale, quod dicitur
procreare : seu corrumpere est efficere, non
procreando, sed interimendo. Morbus cor-
rumpit, non procreat hominis corpus : & li-
cet corrumpendo efficiat interitum corpo-
ris: tamen corrumpere & procreare non sunt
idem, sed corrumpere rem, & procreare rei in-
teritum, si ita loqui liceat, hoc est, efficere rei
corruptionem. Ignis corrumpens mundum,

procre-

procreat corruptionem mundi. Corrumptur seu labefactatur corpus, quia est corruptum morbo. Hic morbus est causa corruptus corpus, seu procreans labefactionem corporis. Deinde corrumpere est quidem procreare, sed aliud. Sic revera impediens cædem, est causa hominis conservans.

XXVIII. QUÆSTIO.

An Materia sit verè causa?

Affirmatur.

CUM vi materiae res ex parte sit, nomen principii & causæ illi adimi non debet.

Sed inquis: Materia (ut æs in confectio-
ne statuē) nihil agit, sed actione omnem exci-
pit. Estigitur tantum causa sine qua non, quæ
nihil operæ ad effectum confert: & tamen
sine ea effectus existere nequit. Proinde que
non est re ipsa causa. Resp, ad antecedens i.
Etsi materia non movet, sicut efficiēs: tamen
suum habet vim, quæ in eo est, quodd est pars
rēm *constituens*. 2. Etsi materia non movet se:
tamen ut forma id agit, ut materia sit hoc alii-
quid: sic materia videtur, inquit Scaliger,
agere, ut forma existat. Nō enim esset unum
ē principiis, nisi aliquid faceret. Sine ea sanè
forma non potest existere. Et ipsum existere
aliquid est. Id igitur ipsum, quod est existere,
præstatur à materia.

Objectio.
Materia pa-
titur. Ergo
non agit.

Materia rei
principium
constituti-
vum.
Exerc. 307.
sect. 27.

PROBLEMA XXIX.

An materia sit causa ex quareis est?

VERÆ dīgēēns formam esse dīgōēls & *ζητοῦν*, id est, considerationem & inquisitionem, ex Dialogis Platonis constat. Ita igitur de Materiæ definitione differemus, quæ est Causa è qua res est. Ex Aristotele ea traducta est, & hactenus à nemine, quod quidem sciam, impugnata. Est tamen, cui non videtur satisfacere. Quid ni enim liceat dicere, è forma quoq; rem esse? Omnes enim res tūm Physicæ tūm artificiosæ constituuntur, constant, sūnt ex materia & forma ut partibus. Si itaque *Esse ex* utriq; & materiæ & formæ acceptum referendum, satin' bene materia definita? Non profecto, inquit Criticus. Sed nobis definitio illa materiæ contrita, re-*ετε intellecta* *ουτιποτε* ad formam, seu comparatione ad formæ naturam non displiceret. Materiæ enim causa est ex quareis, hoc est, materiatum est. Fortuna verò est causa non tantum ex qua, sed etiam & quidem propriè per quam res id est quod est. Unde in Physicis Aristoteles *λόγον φύσις* vocat.

*Ex Materia
& forma u-
num fit.*

z. Object.

Responſ.

s. Object.

Alii fortè venit in mentem, quod ex causa efficiente etiā res esse dicitur, ut homo ex parentibus suis, & domus materialis ex domo immateriali, quam causam efficiens complectitur ut genus speciem. Itaq; materiæ defini-

nitio-

nitionem istam nimis latè vagari. **Hic respon-**
deo, scriptores abuti interdum particulis *Ex*
pro Ab, & Logicum potius sensum quam ver-
ba attendere. Hominem ex parentibus or-
tum natumque dicunt, quia materia ejus de
parentibus est, seu quia parentes non pro-
creant sine materia. In hujusmodi igitur lo-
cutionibus pro particula *Ex*, qualitas effici-
entis, seu quale sit efficiens innuitur: sic non
simpliciter, sed etiam id sine quo non agit,
videlicet materia, datur intelligi. Sic ex im-
materiali domo domū fieri dicunt, ut ostendat,
Modum efficientis, quod nimis agit
secundum formam *ex arte*, seu Ideam in a-
nimo conceptam effectamq;, quæ est effici-
ens socia. **Sic ex arte**, auf der Kunst / facere,
non est ex arte, ut materia, facere: sed secun-
dum artem, ut efficientem, facere, nach der
Kunst. Nam & Latini per *ex* efferunt, quod
vulgaris per *secundum*.

Responsio.

Ex arte ali-
quid facere
nach der
Kunst

PROBLEMA XXX.

An Materia & Forma sint Relata?

Conclusio affirmans, sed distinguendo.

MATERIAM & materiatum, Formam & formatum, esse Correlata, ne minimi obscurum esse potest, neque id *analogum* *ex*. Mutuo enim se ponunt, & perimunt,

H S per-

a) Intellige
materiam,
quæ actu ra-
lis est, & effi-
ciētis actionē
subiecta.

Relatorum
 p̄petua est
 οὐνπάρεια

perpetuaq; est eorum οὐνπάρεια, id est, ut ita
 loquar, coexistentia, seu conjunctio. At Ari-
 stoteles 2. Physicorum cap. secundo: τὸν τοές
 πήντην, ἀγρόν εἶδε αγρόν πήντην. Id est: Ex his quæ
 ad aliquid referuntur, hoc est, Relatis, Ma-
 teria est, cùm alii formæ, alia materia subjiciatur. De hac ergo asseveratione non im-
 meritò quæritur. Si enim materia ad mate-
 riatum refertur, & materiato relatè opponi-
 tur: non referetur ad formam, nec formæ
 relatè opponetur. Contraria enim (cujus
 generis sunt relativè opposita) sunt quorum
 unum uni tantum opponitur. Ad dubii hu-
 jus explicationem & Formæ & Relata sunt
 distinguenda. 1. Alia forma est natura & es-
 sentia πῶς, id est, quodammodo, quæ indiger
 materia ut subsistat. Talis forma est anima
 in bruto animante. Alia est essentia ἀπλῶς,
 quæ per se sine materia potest subsistere. Ta-
 lis est animus hominis, ut qui extra corpus
 etiam hoc extineto superstes sit. 2. Relata aut
 sunt absolute, necessariò, & semper relata:
 aut quodammodo, & ut Græci loquuntur,
 Id est, utcun- οπως δηκολεύ. Materia & res materiata sunt
 que, abolute relata, sunt ut forma & res formata.
 Materia verò & forma, quæ est essentia πῶς,
 quoquomodo relativa sunt, quia forma talis
 materiam informat. Una tamen forma, quæ
 est essentia simpliciter, quodammodo etiam
 refer-

refertur, seu $\chi\acute{e}\sigma\nu$ & respectum aliquem habet ad materiam: videlicet Anima hominis, quæ corpus informat, animat, perficit. Reliquæ formæ adjunctæ à materia, (Metaphysicas dicunt Scholæ) ut sunt Deus & angeli, non sunt affectæ ad materiam, seu non sunt materiæ correlata: cùm non indigeant materia, ut actu sint & subsistant. Nec illæ sunt formæ Logicæ, sed res forma sua spirituali constantes, seu essentia ac natura sua simplici subsistentes: quæ ad Logicam formam docendi gratia revocatur, et si res illæ sint mere formales. Quanquam interim Intelligentiæ seu mentes creatæ aliquid simile materiae habent, cùm compositionis omnino non sint expertes. Solus Deus mera est essentia. Solus Deus simplex est, in quo nihil in potentia, sed in actu omnia. Imò, qui purus, primus, medius, ultimus actus. Hinc est quid in præfæ philosophia dicitur ἐποπέης, id est, supra substantiam: non quid non sit οὐσία, sed quia non est οὐσία, quomodo nostra. Mentes vero constant ex aliquo tanquam potentia, & aliquo tanquam actu: ut passim ait Scaliger, exerc. 6. sect. 2. exerc. 359. sect. 2. exerc. 359. sect. 12. exerc. 356. sect. 4.

PROBLEMA XXXI.

*An formæ essentialis possit esse talis μέτεξις, ut ab eo,
cujus propria non est, participetur?*

Negatur.

UT essentia est impartibilis, & individuum seu singulare est ἀκοινώνιον, seu incommunicabile; mea enim ὑπόσαση non potest fieri tua hypostasis: Sic salva rerum essentia & unitate formæ essentials communicari, transfire & transfundiri in aliam rem non possunt. A forma enim ut rerum est formatio, constitutio & exædificatio: sic & destrœctio. Et cui tribuitur forma uni soli essentiæ conveniens, huic etiam essentiam tribui necesse est. Nam forma propria est potissimum essentiæ pars: & quidem, ut placet quibusdam Philosophis, est tota rei natura seu essentia, & τὸ πῦρ: seu λόγος οὐκέτι, id est, tota rei definitio. Quare si bestialis forma tribuitur Nabuchodonosoro, fenum ritu pecudis comedenti, bestia fuisse dicendus est. Sed ea metamorphosis ex historia Danielis cap. 4. evinci non potest. Non dicit Scriptura factum bestiam, sed socium bestiarum, mentemque ejus esse mutatam (quod ad actum secundum, seu usum rationis attinet.) Maniacus enim factus bestialiter se gerebat, & seipsum pro bestia habebat. Non dicit Scriptura pennarum & avium unguibus armatum

formatum fuisse; sed pilos ejus crevisse sicut aquilæ, seu totam cutim opertam fuisse densis velaminibus, sicut aquila uberiore pluma contegitur: ungues item ejus crevisse sicut avium; ut humanæ formæ propterea nihil ademptum sit; nec corpus Regin in bestialia lineamenta sit conversum. *Eidem ratione* differentiæ diversas & inter se incomunicabiles formas efficiunt. Quare homo in brutum converti ac mutari nequit; nulla neque artis neq; naturæ vi. Deo quidem talis *metamorphosis* est facilima. Sed formâ hujus speciei tributâ alteri speciei, pristina essentia non manet. Nihil autem roboris habet ad ea; quæ *objecta* diximus; infirmandū, quod dicit D. Basilius: *Ferrum* (*fervens candensq;*) ignis formam induere. Nain certum est, eum per formam *solutio* intelligere accidentia inseparabilia, quibus utimur loco formæ veræ ac propriæ nobis ignotæ: ut sententia sit, *ferrum esse θεκηδον* seu subjectum lucis & caloris ignis.

PROBLEMA XXXII.

An Forma sit tota rei essentia?

Negatur.

IN præcedenti quæstione attigimus, quosdam Philosophos, eosq; non minutos, statueremus, totam rei essentiam in forma positam

tam esse; differentiamq; specificam esse totam rei definitionem. Moventur ii maxime loco Aristotelis lib.2. Phyl.c.3. Forma est $\lambda\delta\sigma\varsigma$ $\mathfrak{E}\pi\lambda\omega\mathfrak{t}\mathfrak{t}$, id est, ratio essentiæ, seu definitio, quæ essentiam rei exprimit. Sed ego hunc locum ita accipiendum puto, ut istud Ciceronis. è Platone: Mens cujusq; is est quisque. Cujus nulla alia est sententia quam hæc: Mensem seu animum esse eam partem, qua præcipue sumus, id quod sumus. Ita igitur Aristotelii forma dicitur $\lambda\delta\sigma\varsigma$ $\mathfrak{E}\pi\lambda\omega\mathfrak{t}\mathfrak{t}$, quod præcipua pars naturæ rei & definitionis sit. Etsi enim per materiam quoq; res est, id est, subsistit in rerum natura: tamen per formam est aliquid essentialiter ab omnibus aliis distinctū. Itaq; valet: Forma est: Igitur res est. At non sequitur: Materia est: Ergo res est. Breviter: Forma in materia, seu materiæ juncta, est tota rei essentia: sed formæ debentur $\tau\alpha$ $\pi\varphi\omega\lambda\varsigma\alpha$. Calcei essentia præcipua posita est in forma. Sed una calcei forma sine materia non est tota definitio essentiaque calcei. Alii respondent dicto loco Aristotelis: Formam accipi pro formâ communâ & propria simul. Ad formam attinet communem genus, quod materiæ rationem habet, pertinere. Sic forma, id est, genus & differentia specifica, fuerit tota rei natura ac definitio. Sed de hoc alii judicent.

PROBLEMA XXXIII.

An Finis sit Causa?

Concl affirmat.

A Naufragantes assentioriis, qui finem ab effecto distinguentes, illi locum inter causas suum relinquunt. Sed *Exemplar*, qui non omnibus dogmatis temere assentuntur (& id quidem recte) opponunt argumentum non leve, quod est excutiendum.

Si finis causa est, certè finiti causa erit. Relatum enim respicit suum correlatum. Porro: Si finis finiti causa est, necesse est ut finis ipsum finitum seu destinatum antecedat. Causa enim effectum natura præcedit. At finis finitum sequitur & natura & tempore, ut: Domus, habitatio (quæ finis domus est) ipsa domo est posterior. Valetudo & coctio melior, (qui deambulationis finis) posterior est deambulatione (quod destinatum est.) Ergo finis finiti (hoc est, ejus quod ad finem spectat) causa non est, sed effectum. Nos igitur hanc objectionem ad veritatis trutinam pensiculantes, respondemus ad assumptum.

1. Cùm finis dicitur posterior esse iis, quæ ad finem spectant, jam propriè non est causa ad quam destinatum refertur ut causatum, sed tunc rationem habet effecti: Et actio, quæ ad illum erat destinata, rationem habet efficiens: sic deambulatio est quodammodo efficiens

ciens coctionis. Finis autem qui verè cauſſa est, quāt̄ prior est finito: quo modo omnis cauſſa, quatenus cauſſa, præcedit effectum; ut: prælii finis est victoria, victoria natura ſaltem prior est prælio finito, & victorioso.

2. Finem ſuum antecedit quidem res effecta, materiata, formata, ſed non finita: hæc enim fine posteriore eſt. Domus effecta ab efficiente, & existens vi materiæ & formæ, habitationem quidem antecedit: Sed domus habitata (finitum) ante habitationem (finem) nunquam fuit. Quid quæris? Effectum non potest dici finitum, ante quam finis accederit. Finis igitur finiti ſui cauſſa eſt. Et finitum eſt effectum finis; ſeu quod vi finis exiſtit. Quod vi finis exiſtit, fine posterius eſt. Finitum igitur posterius eſt fine, naturæ ordine: licet hæc tempore & ꝝ etiam ſimul ſint.

Domus finita
ta ante ſuum
finem nun-
quam fuit.

Objec. 2.

Sæpe finis
pro effecto
accipitur.

A priore objectione non multum abeſt hæc: Ad quod destinata referuntur, id posterius eſt destinatis. Ad finem referuntur destinata, ut: Virtus refertur ad ſumnum bonum. Ergo finis eſt posterior destinatis, ut: Sumnum bonum posterius eſt virtute. Resp. Ad quod referuntur destinata, ut cauſſæ efficientes conseruent, id posterius eſt iis, ut effectum. Destinata ut cauſſæ efficientes conseruent, referuntur ad finem, ſed qui jam effectuationem habet. Ergo finis tanquam effectum

effectum posterior est destinatis, ut efficien-
tibus conferentibus. Interim finitum quod
refertur ita ad finem, ut sit effectum finis,
posterior est fine, & finis illo prior, ut: Deus
causa est, cuius gratia est homo. Homo, ut
res finita, posterior est Deo: Deus, ut finis,
homine prior. Nec homo, antequam hunc
finem adeptus est, actu Finitum est.

ΜΕΛΕΤΗ ΜΑ XXXIIII.

Finis ne ultima an prima causa rum?

Prius affirmatur.

VERUS causarum ordo est, ut Efficiens
præcedat, sequatur materia, succedat
forma, extrema sit finis. Hunc ordinem
& Creatio, & Naturā, & Ars docet. Deus
enim ex chao res prōduxit ac formavit pro-
pter optimum finem. Natura generantis ca-
nis per motum in materiam semenis inducit
formam catelli propter finem. Sutor in ma-
teriam corii inducit formam calcei propter
finem. Efficiens incipit motum. Materia
recipit & sustinet motum, atque actionem
efficientis. Hinc emerget atq; existit for-
ma, adeoque res ipsa, cum quā conjunctus
est, seu quam comitatur finis: quam postre-
mam causarum esse etiam appellatio innuit.
Tēλος enim seu finis terminus est actionis:
Sed de fine objicio: *Finis est primus in inten-
tione*.

*Ifi fine terminis
naturā actuā*

opus

Re
 ne, ut loquuntur, agentis, seu in deliberando, hoc est, aliquid acturi primum cogitamus de fine. Prima igitur causarum finis. Respon. ad antecedens: Etsi finis λογικα ratiocinationis principium sit non tamen est ἀρχὴ τεχνῶν actionis. 2. Cognitione illa de fine (quam Melanchthon causam finalem nominat, & à fine distinguit) non est Finis ipse, sed adjunctum efficientis voluntarii tale cui vis aliqua efficiendi est conjuncta: ideoq; rationem habet efficientis moventis, seu impellentis. Causa finalis, ait Mel. est cogitatio de fine, qua movetur & regitur agens in opere instituendo. 3. Antecedens non est κατὰ ταῦτα. Locum enim tantum habet in uno genere entis, nimirum utentis deliberatione, seu ratione praediti. Natura enim bruta non deliberat, nec cogitationem aliquam suscipit de fine actionū suarū: etsi omnes omnino res conditæ sint ad aliquos fines. 4. Eleutherius committitur παρὰ τὸν θεον. Non enim sequitur: Hoc primum est cogitatione & dñiāus. Ergo εὐρηκα & actu primum est.

PROBLEMA XXXV.

An Finis sit causa interna?

Negatur.

NATURA in omnibus agit secundum linas breviores. Hanc igitur æmulari student,

dens, brevibus de proposita quæstione agam. Sunt qui affirmat, finem esse effecto ὀμάχον; cōgenitum; quod cum re ipsa sit intimè conjunctus. Sunt, qui negant, quod sit causa extera seu extra essentiam effecti. Mihi sic statuendum videtur: Finis (qui est usus rei) est in reactu primo, seu κατὰ σύστασιν non est κατὰ εὐήγερταν, seu actu secundo. Si itaq; sic quispiam ex Aristotelis 2. Phys. cap. 9. objiciat: Ut forma, sic & usus ferræ non potest esse nisi in ferro. Usus autem ferræ est ipse finis. Ergo finis ferræ est in ferro. Responde, finem ferræ esse in materia ferrea dentata, secundum potentiam tantum. Calceus factus est, ut muniat & tegat pedem: Hic finis ejus est, qui extra essentiam calcei est. Sed habilitas & potentia tegendi interna est, seu in ipso calceo. Sed hæc limanda aliis relinquo.

PROBLEMA XXXVI.

Utrum Motio & ἔργον sint referenda ad argumentum sum effecti, ut res motu facta, & ipsum ἔργον
In qua: an ad locum Causæ?

Distinguitur pro diversa consideratione.

Jurisconsulti sapientissimi pecuniariā constituunt pœnam temerè litigantibus. Siē nos putamus in Philosophia argutas disceptationes, utilitatis expertes, animadversio-

nem silentii mereri: Quare studebimus afferre in primis fructuosas quæstiones, cuius generis est hæc: An ejusdem sint loci opera & opus, factum & effectum, ἔργον & ἐνέργεια, seu ἀποτέλεσμα. Jurisconsulti Apotelesma distinguunt ab ἔργοις, ut Paulius J C. lib. 2. ad editum scribit. Ἐργον enim illi vocant ipsum laborē & operam architecti domū construentis. Apotelesma verò corpus, quod post operam navatā perfectū exstat, qualis est domus exstructa. Sic Philosophis τεχνης est opera, qualis est actus canendi: τοίνοις seu τοίνυια est compositio Musici, seu Symphonia, quam composuit. Iisdem homo est ἀποτέλεσμα, seu id quod existit è materia & forma. Operatio & animæ & corporis in homine concurrit ad commune ἀποτέλεσμα, quod est oratio. Sic in doctrina Ecclesiæ ἐνέργεια sæpe ἀπὸ θυμοτελεσματος distinguitur. ἐνέργεια est ipsa actio seu motio. Apotelesma verò seu ἐνέργεια est opus ex operationibus resultans, ut ἐνέργειαι seu operationes naturarum in Servatore concurrunt ad commune apotelesma, quod dicitur Resuscitatio seu vivificatio Lazari. Hic ἐνέργεια opera, motus, actio, ἔργον est caussa efficientis rei motu factæ, apotelesmatis, operis. Est enim tanquam progressio seu itio ad effectum. ἐνέργεια etiam, motus, actio, sunt effectum ἐνεργειας moventis, agentis. ἐνέργεια deniq;

denique & motus, &c. sunt adjunctum ~~ad~~ subjecti recipientis. Motus seu motio, quæ dicitur percussio, activè sumpta, est & efficiens affectionis vel vulneris, in aliqua parte corporis, & effectum percutientis. Sumpta passivè, id est, verberari, est adjunctum patientis, seu percussi.

PROBLEMA XXXVII.

An Effecta quedam possint dici accidentia?

Peripateticè affirmatur.

DISPUTANT, utrum Currere & Sedere, cùm sint effecta hominis, possint dici accidentia? Resp. In Aristotelica philosophia accidens duplíciter accipitur: Interdum opponitur substancialē, & dicitur omne illud, quod non est in genere substancialē: ut, pulcritudo puellæ est accidens ejus, non substancialia. Sic currere non est in categoria substancialē, sed accidentis. Interdum accidens appellatur, quod contingit eidem inesse ad esse, & non inesse ad esse: seu quod adest & abest χωρὶς τῆς ή ἵποντειν φορᾶς: id est, quod ita cum aliquo est connexum, ut sit præter ejus naturam & rei essentiam. Sic currere & deambulare accidens hominis est, id est, actio accidentaria, seu effectum accidentiarum & contingens. Sed adjunctum non

13 est,

est, cùm hoc ad subjectum referatur: homo verò non sit subjectum, sed causa cursus & deambulationis. Potentia autem currendi est adjunctum hominis, cùm illam in se ut *sexti* habeat.

P R O B L E M A XXXVIII.

*An ignis & calor, Homo & γ λασικὸς, sint
causa & effectus?*

Casus hoc affirmat: sed propriè γ λασικὸν, id est, aptum esse ad ridendum, est adjunctum seu adjacens hominis ut subjecti proprii. Rationale verò in homine, non homo, Aristoteli est causa γ λασικῆς. Homo potest ridere: quia rationis particeps est. Alii verò quidam nullam causam afferri posse putant, quamobrem affectio illa. Ridere posse, insit homini: ut propositio: Homo est natus ad ridendum, sit *dūcēt*, & indemonstrabilis. Propositio illa, inquiunt, est per se, & quidem immediate. Affectio igitur ridendi inheret homini per se, & immediate. Nulla ergo media vel intercedente causa. De horum igitur sententia ne à ratione quidem usus procreabitur. Calor autem quem ignis generat, effectum ejus est. Qui verò in igne est calor, inseparabile ejus adjunctum est. Verum calor qui procreatur ab igne in aëre, vel

*Argumenta
causae.*

vapo-

vaporario & hypocausto, non est idem numero qui inest in igne. Nam idem numero accidens migrare e subiecto in subjectum non potest. Sed quid ego περιτίθομαι.

PROBLEMA XXXIX.

An effecta artis sint ad Naturae effectus referenda?

Negatur.

DISPUTANT quidam, Quod est artificiale, idem esse naturale; utētes hoc paralogismo: Hoc est lignum: & hoc est. ^{Objec-} scamnum. Ergo scamnū est lignum. Lignum autem res naturalis est. Ergo & scamnum. Sed ^{Solutio-} revera aliud est artificiale, quām naturale. Ut ars aliud est quām natura. Ea quæ ab arte ^{Ars aliud est} sunt, per accidens tantū sunt naturalia, ait ^{quām natu-} Aristoteles. Quæ verò sunt naturalia, per se ^{Ergo &} & propriè sunt naturalia. Ergo artificiale (ut ^{aliud est,} lectica, pallium, mensa) non est naturale. Ad ^{quām à na-} objectionem igitur respondeatur: In propositione esse Elenchum à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter. Non enim scamnum est magis lignum, quām homo est materia: nec quæ ab arte sunt, propriè dicuntur materia de qua constant: ut, calceus impropriè dicitur corium. Quare & quod Aristot. alicubi dicit, domū esse ligna & lapides, ^{νηπίην} id est, per synecdochen intelligatur.

I 4

Porrò,

1. Object,

6. Phys. i.

Solutio.

Porrò, inquiunt, si res artificiosa non est naturalis: si lectica non est lignum, falsum est, quod Aristoteles dicit, exlectica lignum generari, si germinaret, non lecticam. Sed recte hic respondetur: Aristotelem non velle his verbis, idein esse artificiale quod naturale; cum hæc distinguat principiis suis, & dicat: Quemadmodum quod secundum artem artificiosumque est, ars dicitur: eodem modo, quod secundum naturam & naturale est, natura nuncupatur. Sed recitat alienam, nempe Antiphonis Sophistæ sententiam; quæ yult, materiam tantum esse naturam, non formam. Si lectica dicebat Antiphon, defossa & putrida germinet, non lecticam, sed lignum producet. Materia igitur, videlicet lignum, non forma lecticæ, natura & essentia illius (lecticæ) est. Materia enim crebrius idem passa permanet: forma verò non. Sed fictum exemplum; & quod ponitur per impossibile, nihil hic probat: & formam magis naturam esse, quam materiam, ostendit Aristoteles tribus rationibus, quarum hæc est potissima: Unumquodque tunc magis id quod est, esse dicitur, cum actu & in ultima sua perfectione est, quam cum potestate duntaxat est. Res non materiæ, sed formæ beneficio in ultima est perfectione. Forma igitur magis natura essentiaque rei est, quam materia.

materia. Quare lectica non, cùm lignum est duntaxat, sed cùm omnibus numeris & partibus absolute ac perfecta est, lectica vocatur: Gallina dicitur gallina, non cùm in potestate est, id est, non cùm ovum est, sed cùm jam obtinet gallinæ formam. Dicat aliquis tiro: Materia & forma est natura calcei. Ergo calceus est res naturalis. Resp. Ut definitio omnium rerum natura est logica: sic quoq; materia & forma est calcei natura logica, quæ per metaphoram à naturali re summa natura dicitur. Sed forma calcei non est natura Physica; quia introducta est ab arte. Calceus igitur propriè non est res naturalis, sed artificialis.

PROBLEMA XL.

*An locus Subjecti & adjuncti tam generalius sit, ut
Deo etiam conveniat?*

PROPTER nostram apprehensionem & cognitionem, & docendi gratia, sine impietate, sobrio & sano sensu, Deo termini logicj tribui, & distinctè quædam in eo, etsi simplicissimus sit, considerari possunt. Testatum hoc facimus argumenti Sub. & Adjunct, i, enim Caro, non pars, sed adjunctum est $\lambda\delta\sigma$, inseparabile: (in tempore enim accessit $\lambda\delta\sigma$, ut alia natura: ita tamen, ut $\lambda\delta\sigma$ æterna persona seu hypostasis, ut subjectum, simul sit

I 5 causa

Athanaf.
Sic caro Chri-
sti, quia te dea
fuit deitas,
vocatur ve-
luti, Heb. 10.

caussa ejus conservans & perficiens. Ita acci-
piendum, quod orthodoxe à patribus dici-
tur, Filium Dei induisse se nostra carne, ceu
veste: sed ἀχριστος assumpta, & nunquam de-
ponenda: Et Humanam naturam à filio Dei
gestari. hoc est, filium Dei amictum seu indu-
tum esse humana carne: (ita Petri natura non
gestatur à filio Dei. & quidem ita, ut ea sit εὐ-
πίστημα, id est, in persona filii Dei subsistat.

2. Etsi omnipotentia propriè non inest in
Deitate, sed est forma per se subsistens, & ipsa
deitas:) In Jchovę enim natura nihil est quod
non sit re ipsa Jchova:) tamen ratio Theolo-

In conceptu gorum Logicorum doctrinæ gratia facit λό-
intellec̄tus γρ̄ velut subjectum omnipotentiae, ut adjun-
distinctum quid est pro- cti essentialis, cùm dicunt: Propria non egre-
prietas a nō diuntur sua subjecta, & pro exemplo subji-
tura, οὐδε ab οὐδε ciunt: Omnipotentiam semper manere pro-
prietatem deitatis, tanquam proprii subje-
cti: humanitatem verò nunquam fieri attri-
butorum deitatis σεκπτον̄ seu subjectum in
se recipiens. Sic adorabile esse, Dei attribu-
tum seu adjunctum est internum. Adorari
verò, sanctificari, ignominia affici, sunt ex-
terna accidentia Dei, non essentialia. Deus
enim absolutè in se & per se consideratus,
est Deus: sive à creaturis sanctificetur, sive
non sanctificetur. Sic λόγικῶς distinguuntur
hæ proposit. Deus est, & Deus est justus.

Illa

Illa dicit τὸ ἴστατο, id est, ipsum subsistere: Cælius Se-
hæc verò qualitatem ἔστωσθν. Hinc est, quod cundus in
doctissimi quiq; sic loquuntur distinctè: O- Perion pag.
pificium mundi ostendit & quod sit Deus, & 152 suffraga-
tur.
qualis sit. Dæmascenus: Si justum, si bonum, Intelligenō
&c. dixeris, non naturam Dei dicis: sed quæ κατὰ τὸ
circa ejus naturam sunt, dicis. Verūm inquis: οὐχι,
Regula non solum à Theologis, sed etiam sed τὴν ψηφί-
α Philosophis, ut Platone, celebrata, veriss. στηνόπεδα.
est: Dei nulla sunt accidentia, nullæ qualitates. Obj. ct. cum
Ad hoc igitur pronunciatum respondeo 1. In
Deum nullum cadit accidens, intellige internum & absolutum, quod inhæreat. At interim rectè tribuuntur ei accidentia externa
χρήσις & relativa. Dei nulla est qualitas, scilicet
accidentalis interna: at interim ejus est
qualitas essentialis, (quæ id est, pro-
prietas est) item accidentalis externa. Hanc
distinctionem exempla comprobant. 2. Etsi
accidentia, qualia sunt in creaturis, in Deo
non sunt: tamen cogimur quædam in Deo
accidentium more concipere, teste gravissi-
mo Theologo Cyrillo, in thesaur. Verba
ejus hæc sunt: Sapienter & verè dicitur, ni-
hil accidere substantiæ Dei, quoniam in
seipsa perfecta est. Sed tamen cogimur non
nunquam quasi accidentia, etiamsi non o-
mnino accidentia Deo, hæc dicere, & mente
accidentium modo concipere. Et paulò pòst:

Reli-

Patiens Ba-
ptista Deus
patitur, scilicet
accidentalis
prædicatio
est, non es-
sentialis.

Lib. ii. cap. 3.

Reliquum igitur est, ut voce modoq; dicendi accidentia esse dicamus; quoniam modo accidentium ea intelligimus. Non enim potest humana natura majus aliquid, quam ipsa concipere possit, de Deo dicere.

P R O B L E M A X L I.

An Subjectum sit Locus Dialecticus?

Affirmatur.

JOACHIMUS Perionius immerito reprehendens Ramum: Subjectum, inquit, vocas quod Græci ὑποκείμενον, quod nemo unquam in locis argumētisvē numeravit. Nam quod tu subjectum appellas, Latini totum vocant.¹ Quasi verò subjectum dicatur ratione partium, & non eorum quæ adjunguntur. Si subjectum totum est; adjunctum erit pars: & ita etiam adjuncta non fuerint accen-senda argumentis. Sed Perionius Adjunctis locum suum inter hæc relinquit, sejunctum à loco partium. Concedat igitur & subjecto locum à toto separatum. Tota rei natura definitione explicatur, & tamen Definitionis locus distinctus est à Toto. Multò minus subjectum (quod simile tantùm est toti, ut adjuncta partibus) est confundendum cum Toto. Si, inquis, Subjecti locus esset necessarius, Melanchthon utiq; cūm non prætermisisset.

Respon-

i. Objectio.

s. Respons.

z. Object.

Respondeo: Melanchthon sectatus Porphyrium, eum comprehendit sub specie: ut, cùm dicit accidens vel proprium prædicari de specie. Posita specie ponuntur adjacentia & adjuncta. Præterea, exempla subjecti ponit in loco Materiæ. Ergo, inquis, non necesse est separatim tradi locum subjecti; sed subjici Speciei & Materiæ. Minime verò: Nam species propriè refertur ad genus tantum, non etiam ad adjunctum: quod vel definitio Melanchthoniana speciei probat; quippe quæ subjecto non convenit. Et Melanchthon ipse ait in loco Materiæ: Abutimur nomine materiæ, cùm Subjectum vocamus materiam in qua, & Objectum vocamus materiam circa quam. Species prædicatur in quæstione quid sit. Cùm dico, homo est doctus; homo non prædicatur, sed subjicitur. Ergo homo non est species doctrinæ. Quid, quodd *ἀνεγν* seu *improprietatem* vocis hic agnoscens, ait: Accidentia non possunt esse sine subjecto (non 4 Reg. de ^{mater,} dicit sine specie.) Quare destructo subjecto, (non dicit destructa specie) etiam accidentia intereunt: ut, *Oculus corruptus est*. Ergo extincta est visio. Et in loco conjugatorum, Concreta monstrant exempla formarum in subjectis, non dicit in speciebus, quod valde improprium & durissimum esset. Et paulò post: *Baptista recipit milites manentes in officio.*

ficio. Igitur & militiam approbat. Valer ~~con-~~
sequētia, quia approbatione exempli in sub-
jectos (τῶ milites manentes in officio) appro-
batur res in genere, militia. Ut igitur, quod
Philosophorum est, ad veritatem & ratio-
nem, tanquam ad regulam nostram diriga-
mus orationem, Subjecti locum ab aliis dis-
tinguamus & tueamur: in quo afferendo for-
te multus aut nimius potius fui.

P R O B L E M A X L I I.

An locus sit in subjectus numerandus?

Distinguitur.

Locus diversa consideratione subje-
ctum & adjunctum esse videtur. Subje-
ctum est locati, ut quod recipitur, suscipi-
tur, capitur, continetur, comprehenditur lo-
co, ut σηπτή. Adjunctum est locati, seu loca-
to accidit atque adjungitur, ut circumstantia
seu res externa, circumstans corpus, corpo-
req; posterior, quatenus non est de essentia
corporis. Adjunctum denique est internum
corporis, ut aëris, cuius est superficies: si qui-
dem locus definiendus est superficies cor-
poris primò continens. Ita locus etiam fue-
rit affectio superficie, quia accidit superfi-
ciei, ut dicatur locus. Sed horum ξεργασίας
Physici sibi vendicant.

PROBLEMA XLIII.

An substantia sit in subjecto ut accidens?

HÆc quæstio Peripatetica dupli sensu potest accipi: Primo, ut particula, Ut, sit comparationis. Altero, ut sit particula Exempli vel paris. Illic sensus est: Estne substantia in subjecto, similiter ut accidens est in subjecto, vel eodem modo, quo accidens? Hic verò sententia est: Accidens est in subjecto: potestne etiam Substantia dici esse in subjecto? Respondeatur à Melanch. in Categorie substantiæ ex Aristotele: Substantiæ non sunt in subjecto, ut accidentia. Id igitur etiam duplice potest habere sensum. 1. Substantiæ non sunt in subjecto eo modo quo accidentia, seu sunt in subjecto aliter quam accidētia. Substantia enim ita in subjecto esse potest, ut tamen habeat proprium esse. Accidens verò ita in subjecto est, ut tantum habeat esse in subjecto, & à subjecti substantia.

2. Substantiæ non sunt in subjecto, sed accidentia: seu, Accidentia sunt in subjecto, non substantiæ. Sed quæ mens sit Aristotelis, videtur: Poëta nō est generis fœmin, sicut Mula, intelligitur Mula esse generis fœmin. non Poëta.

Sic cùm dicitur: Pag. 199^a.

Intel-

Intelligentiæ, inquit, non sunt in aliquo loco, sicut corpora. Hujus pronunciati potest esse duplex intelligentia. Una: tantum corpora, non etiam intelligentiæ, sunt in loco: Altera, Intelligentiæ non sunt in loco, eō modo; quo corpora. Sed ex mente Scaligeri prior illa tantum admittitur. Negat enim Scaliger, simpliciter in loco esse intelligentias, ut quibus *τὸ* Ubi (quod à loco distinguit) tribuat: *Ἐπειδὴν* igitur moneo hic studiosos, partculā sicut alitid esse μόνον συκριπκὸν, ὄμοιοπκὸν, æ qualitatem rei, identitatem modi, vel tantum analogiam quandam significare: Interdum esse μόνον παρεξεισματικὸν, id est, particulam exemplarem tantum: ut cùm dico: Fabula generis fœminini est, sicut Musa, ut Musa: Ut, Sicut, sunt partes comparatiohis: In A fœminina sunt, ut Musa, sicut Musa: Ut, Sicut sunt part. exempli specialis, citra comparationem. Cùm dico: Natura non agit, sicut voluntas; sententiation est, natura nihil agit; sed, non agit eo modo quo voluntas. At cùm dico: Angeli non sunt infinitæ potentiaæ, sicut Deus: Bestia non utitur ratione, sicut homo: prorsus nego, angelum esse infinitæ potentiaæ: bestiam uti ratione; idque declaro exemplo opposito: Sicut Deus, sicut homo, id est, ut contrà Deus infinitus est: ut contrà homo utitur ratione. Opponat aliquisi

quis: Si tantum accidentium est, esse in sub-
jecto; ~~appa~~, quæ substantia est, non erit in
spongia, ut in subjecto: Sanguis non erit in
venis, ut in ~~σημπλώ~~. Sed à spongia, ut subjecto,
recipi aquam nemo potest inficias ire: Et ve-
nas esse τόποι, ιποδοχα, receptacula seu sub-
ject. sanguinis, docet Anatome. Ergo. Resp.
per distinct. Tantum accidentium est esse in
subjecto, quatenus Esse in subjecto Inhæsi-
onem verè Accidentalem denotat. Sic Aristote-
li in Categoriis: In subjecto id esse dicitur,
quod cum alicui rei insit, non est pars ejus, &
omnino esse nisi in aliqua re nequit: hoc est,
in subjecto esse, est inhæserē vel adhærerē
rei, & quidem ita, ut non nisi in ea habeat
suam ~~τύπον~~. Hujus igitur significationis vi
nulla substantia in altera est, ut in subjecto;
sed accidentia tantum sunt in substantia ut
subjecto. Quod spectat illud Aristotelis in Ca-
teg. Substantiæ: Hoc omni substantiæ com-
mune est, Non inesse in subjecto. Ecce vero,
inquis? Quia substantiæ sunt ipsa subje-
cta, quæ sustinent accidentia. Quatenus ve-
rò esse in subjecto Adjunctum denotat, sive
hoc sit substantia, sive accidens: eatenus non
absurdè & ~~ἀφιλοσόφως~~ dicitur, substantiam ali-
quando in substantia esse, ut adjunctum in
subjecto. Sic aqua est in spongia: vinum in
dolio: humor in venis: spiritus vitalis in cor-

de: ignis in ferro: si modò huic substantia ignis, non accidens calor unitur. Forma est in materia. non *as εν ολω πριμερης*, id est, non ut pars in toto aliquo, sed ut in subjecto adjunctum, vel in informato informans.

P R O B L E M A X L I I I .

An Substantiae secundae sint in subjecto?

Affirmatur.

ARISTOTELES in Categ. Substantiae secundas substantias, ut Hominem, Animal, in nullo esse subjecto pronunciat, ne cogatur eas facere pura puta accidentia. Probatio sumitur à genere. Nulla substantia inest in subjecto. Secunda substantia est substantia. Ergo secunda substantia non inest in subjecto. Sed contra hoc *αποφαστη* ab affirmante sententia ac conclusione facit illud: Dici de aliquo requirit inesse. Secundæ substantiæ dicuntur de subjecto, teste eodē Aristotele: ut, Cato est homo. Ergo secundæ substantiæ insunt subjecto. Quid ergo hic respondes? Elenchus est ambigui. Subjectū in enunciato: Substantia est in nullo subjecto: & Subjectum in enunciato: Substantia quædam dicitur de subjecto: non sunt *ομοιομη*, id est, ejusdem significationis. Substantia secunda non est in subjecto, Topicè accepto; id est, non est accidens adjunctum, & qualitas accidentalis substantiæ primæ. Et substantia pri-

Objectio.

Solutio.

ma

ma non est subjectum cui accidat, & præter ^{Substantiæ}
 essentiæ adjungatur substantia secunda: ^{secundæ nomi-}
 Homo non est in Catone; id est, non inhæ- ^{accidentum pri-}
 ret in Catone ut accidentis. Interim secundæ ^{mis.}
 substantiæ dicuntur de subjecto, seu attribu-
 untur subjecto axiomatice accepto, id est,
 supposito: (hoc est, parti enunciati antece-
 denti) non quidem accidental attributione,
 sed essentiali. Dici enim de aliquo requirit
 inesse vel adesse, omninoq; re ipsa verèq; at-
 tribui subjecto axiomatico. Sed & Dici de
 aliquo non requirit tantum inesse vel adesse,
 & omnino attribui rei, ut subjecto Topicō;
 sed etiam speciei, & aliis argumentis. Nam
 cùm dico: Deus condidit mundum; effe-
 ctum de Deo dicitur, & tamen Deus non est
 Topicum subjectum; ut effectum ejus non
 est adjunctum, licet verum sit attributum:
 Cùm dico: Caro est homo, humanitas in-
 est, & verè attribuitur, adeoque essentialiter
 Catoni, ut subjecto axiomatico. Dici enim
 de aliquo requirit esse, inesse, adesse, vel ut
 accidentis, vel ut quippiam essentiale. Dici-
 tur paries albus, & albedo inest ei accidenta-
 liter. Dicitur, manum habere quinque digi-
 tos, & digitos esse in manu essentialiter ut
 partes. Ad summā: Dici de aliquo non nece-
 sariò requirit inesse, ita, ut insit subjecto in se
 recipienti. Nam homo vestitus esse dicitur:

sed vestis non est in eo. Ego habeo uxorem: Orbis cœlestis de sententia Philosophorum veterum habet intelligentiam. Sed neque uxor in me, neque intelligentia in orbe inest, ut subjecto inhærentiæ: Caro Christi habet deitatem, omnipotentiam, &c. sed τὴν χάριτιν ἐνώσεως, id est, gratiam unionis seu κοινωνίας personalis: non verò ita, ut deitas, omnipotencia, &c. ut forma quædam in carne, ut subjecto inhæsionis, insint. Filius Cicero rationem habet sui patris, non quidem ἐν ἔαυτῷ, id est, quoddam ratio patris insit ei, quæ est incomunicabilis, sed quoddam dictis ejus obtemperet.

Aristot.lib.i. Τὸ δημομητικὸν καὶ δλῶς ὀρεκτικὸν, id est, vis animæ de moribut cap. ultimo. concupiscens & omnino appetens, rationis particeps est, non propriè (propriè enim est irrationalis) id est, non eò quoddam ratio in ea insit, ut in mente; sed eò tantum, quoddam rationis imperio pareat. Quare si quis objiciat ex Aristotele: Τὸ δημομητικὸν habet rationem: Inest igitur in eo ratio formaliter. Neganda est consecutio, & ex Aristotele dicendum: τὸ ἔχον λόγον, rationem habens, dici dupliciter: 1. Κνεῖας propriè ἐν ἔαυτῷ in seipso; ut τὸ ἕγεμονικὸν seu princeps animæ vis, mens. Est enim hoc λόγον ἔχον σταύρωμενον. Sic dicimur λόγον ἔχειν μαθηματικὸν, id est, cognoscere mathematica; ubi cognitione est in anima ut subjecto intra se recipiente. 2. Μὴ κνεῖας non propriè & abso-
lutè;

lute, εἰνέασι, ἀμάρτηπειδαιχεῖ τῷ λόγῳ, καὶ ὁμοίω
ἀκεσικόν περιτελεῖται, id est, non in seipso, sed
quia obedit rationi, & sit ut patris dicto audi-
ens filius.

PROBLEMA XLV.

An locus Adjunctorum redundet?

Negatur.

SOLEO τῶν φιλοσοφῶν τῶν libros, quicunque
in manus meas incidunt, cuicuimodi tan-
dem illi sint, libenter inspicere, & si quid
occurrit, quod non satisfacit, ad disputatio-
nem sevocare. Cūm igitur offerretur mihi,
non verbo, sed re Philosophi, Johannis Casii
libellus, cuius inscriptio est: Summa veterum
interpretum, &c. eum percurrere placuit. In
medio autem cursu adhaerescens, deprehen-
di Casum etiam habere sua πάνωμα & παρά-
πάνωμα. Inter cætera quid aliud, inquit, Ad-
juncta sunt, quam effecta rerum? At, inquam ego,
labitur hic Casus: &, si placide fert, post ca-
sum mihi erigēdus est. Effectus enim vi cau-
sarum exsistit: Adjunctum verò, quatenus
adjunctum, non exsistit è caussis, sed essentia
eius pendet à correlato suo, nempe subjecto.
Et quæ hæc confusio est, dicere mundum,
qui effectum Dei est, adjunctū esse ejusdem?
Adjungitur Caso collega aut comes: Num
verò collega aut comes, ejus effectū est? Ad-
juncta possunt esse perpetiones. Perpessio-

nes autem qui propriè sint actiones vel effecta? Accidens quidem in organo Aristotelis complectitur effecta, adjuncta, comparata, Sed ubi, quæso, Aristoteles effectum aliquod dicit adjunctum: adjunctum effectum? Lumen, inquis, adjunctum Solis est, quod quid aliud quam effectum Solis est? Resp. diversa ratione est adjunctum & effectum. Adjunctum quidem Solis, quatenus lux est & qualitas in Sole, ut subjecto inhærens. Effectum verò Solis est, quā producitur & spargitur à Sole per multiplicationem in aëre. Motus, inquis, qui effectus est, adjunctum est patientis: ut, calefactio est passio adjuncta subjectæ aquæ. At, inquam ego, non nego hoc: Matum verò aliquem esse adjunctum agentis, moventis, efficientis, cuius propriè effectum est, id pernego. Inquis porrò: Adjunctū (verbi caussa, sanitas) ē suis caussis est. Ergo adjunctum nihil aliud est, quam effectum. At viciſſim inquam ego: Subjectum, verbi gratia, homo, ē suis conſtat cauſis. Ergo subjectum nihil aliud est quam effectum; & ita quoque locus subjecti redundabit. Hanc consecutionem tu non das mihi. Ecquomodo igitur tibi dem illam tuam? Inculcetur igitur locus Adjunctorum in Logicis, separatus à loco Effectorum: & qui cadit in plano, sic cadat, ut tacta surgere possit humo.

Obiect.
Solutio:

Objectio:

Object.

Solutio:

PROBLEMA XLVI.

An non entis sint adjuncta, effecta, similia?

Distinguicur.

CUM percurrerem Raphaëlis Volaterra-
ni Isagogen in Aristotelis τὰ μὲν τὰ φυσικά,
visa mihi fuit annotatione digna hæc
ejus sententia: Tanta entis sive essendi vi
est, ut etiam non ens esse non ens dicatur, &
sub ente veniat. Hæc assertio tūm ansam mi-
hi dedit cogitandi de regula, qua etiam utun-
tur Jurisconsulti & Theologi. Non entis nul-
la sunt accidentia, nullæ qualitates, nulla cō-
sideratio. Nulla est servitus nisi in aliquo corpo-
re. Pereunte igitur corpore, ut agro, perit fer-
vitus. Non enti nulla datur similitudo, colla-
tio, analogia. Figura, inquit Tertullianus, nō
fuiſſet, niſi veritatis eſſet corpus: Nam va-
cua res, quod eſt phantasma, figuram capere
non potest. Sed audi contrā differentem: 1. Objec-
Annón antequam eſſet Jacobus, electus eſt,
& ita accidit ei diligi? 2. Annón carni Christi,
cūm nondum eſſet, accidit mactari relatè, id
eſt, in sacrificiis? 3. Annón Patres ante realem
λόγια εὐορέωσιν fide comederunt carnē Chri-
sti, & ita huic accidit manducatio? 4. Annón
rei non existenti accidit opinabile, id eſt, de
non ente potest eſſe opinio? Opinabile, co-
gitabile, apprehensibile (quæ quidam super-
transcendentia vocarunt) non tantū de

Contra Mar-
cion, & Eu-
tych.

omnibus rebus veris , sed etiam de quibusc
 cunque aliis verè affirmantur , ait Fonseca . 5 . Annón aliquis de re futura , quæ nondum est ,
 jurare potest ? 6 . Qui erunt , jam non sunt ,
 Deo etiam , qui erunt , vivunt . Ergo quidam
 qui Deo vivunt , jam non sunt . Responden-
 dum igitur : Rei omnino & simpliciter non
 existenti , seu ei , quod nulla prorsus ratione
 est , nihil attribui posse . Nō verò enti , quate-
 nus respectu & modo quodam (ut ὑποδέτως)
 ens est , aliquid posse attribui . Prioris exem-
 plum est : Si mortui ὄλωση ἀπλῶσ seu omnino
 non sunt , non possunt esse beati aut miseri .
 Posterioris est : Caro Christi , quæ non erat
 absolute ante Mariam virginem , & Abraha-
 mum , erat tamen ante utrumq; destinatione
 & promissione Dei , spiritu , spe , intuitu
 mentis , fidē . Fides enim est ἵπόστασις τῶν ἐλπι-
 ζομένων , quæ facit , ut ea quoq; credentis men-
 ti subsistant , quæ adhuc futura sperantur . Re-
 surrectio mortuorum , quæ nondum est , est
 objectum fidei nostræ , sed eatenus est πῶς
 ens , & quasi subsistit in anima nostra , illam
 certò futuram credente , ac ut præsentem in-
 tuente . Sive cibum carpo , seu labris pocula jingo ;
 Seu cubo , seu vigilo , deniq; quidquid ago ; Vox sonat
 hac semper mihi : Surgite mortua turba ; Sistite vos
 justi iudicis ante thronum . Jacobus antequam e-
 rat , tamen erat firmo Dei proposito , decre-
 to , pro-

R e s p o n s u s .

eo, propositio. De re futura, quæ quidē nondum est, sed quam tamen præstare volumus, ideoq; est in nostra mente & proposito, jura-re possumus. Non enti quidem aliquando accedit *δοξασον*, seu possum habere opinio-nem de non ente; sed ita, ut quatenus non ens est opinabile, rationem habeat entis, & sit, ut loquuntur, suppositione ens. Ad syllo-gismi igitur majorem respondeo: Quę erunt, jam non sunt. Imò qui erunt, jam antè sunt Deo; ut cui nihil sit præteritum, nihil fu-turum, sed omnia præsentia. Itaq; Abrahamus etiam jam totus Deo vivit.

PROBLEMA XLVII.

Tempus sitne Adjunctum, an Efficiens?

Posteriorius negatur.

SUBTILITATES non sunt epulæ simpli-ciorum ingeniorum. Quæstionem igitur explicabo magis utilem quam subtilem: An tempus habeat vim efficiendi, an res gi-gnat & corrumpat, perficiat & quasi interfi-ciatur. Cardanus sanè autorem mortis & vita vocat. Et tempori actio tribuitur non solùm à Poëtis & Oratoribus, sed etiam Philoso-phis, ut Aristotele. Hinc Veritas filia temporis dicitur: annus producere, non ager. Ve-rum sciendum, tempus esse inseparabile ad-junctum & circumstantiam agentium, occa-sionem,

Ratio dubi-tationis.

K s s

sionem, vel caussam sine qua non, quæ non est propria & vera caussa rerum. Substantiae generant sibi similia. At tempus non est substantia. Tempus igitur non procreat, Naturæ & motus per se caussæ sunt productionis & interitus rerum. Tempus neque est natura,

Aliud est neque motus. Ergo. Et Quantitatum per se ~~ταχυτερ-~~ nulla est effectio. Tempus est quantitas. Per ~~ταχιστ-~~ se igitur nihil agit. Quod igitur ad Poëtas at-
~~τηρησε-~~ tinet, & Oratores, illi loquuntur populariter
~~εν λογι.~~ & ~~ταχυλως~~ seu pingui Minerva. Sic Aristote-
les non ex sua, sed vulgi more & sententia
loquitur. Inquit enim: ὁ οὐδὲν πάντα μέντοι, οὐδὲ
οὐδέ τι πάντα κατατίθεται, hoc est, tempus omnia
consumere, ex usu dicitur: non ex re. Propriè
enim omnia in tempore consumuntur, non
à tempore.

At inquis i. Locus conservat corpora: Quidni igitur tempus gignat corpora? Ante-
cedens nego. Corpora servantur non à loco,
quatenus est locus & quantitas: sed à forma.
Et non pauca corpora in suo etiam loco cor-
rumpuntur, ut aér. Quædam extra proprium
locum sita non corrumpuntur, ut terrarum
hæc moles tota extra suum locum sua forma
conservatur.

Magni quidam viri motum & tempus
unum esse, durationem motus Solis nihil a-
liud esse quam motum Solis, ajunt. Mo-
tionis

tionis autem magna est effectio. Ergo & temporis.

Resp. Motus & tempus et si semper con-
juncta sunt: tamen non sunt unum. 1. Non est
enim omnium rerum unus motus: suum mo-
tum habet homo: suum volucris, naves, sa-
gitta. Tempus vero omnium rerum & mo-
tionum est unum atque commune. 2. Tempus est numerus seu mensura & duratio motus:
Non igitur est ipse motus. 3. Motus alius a-
lio est tardior vel velocior, ut: asini motus
est tardior quam canis venatici. Tempus ve-
ro propriè non est alio tempore velocius, aut
tardius: sed longius aut brevius. At quæris: Si Cur vulgo
tempus vera causa rerum non est, cur sic vul-
go loquimur, ut aliquam vim tribuamus tem-
pori ad res mutandas? Cur inquit Poëta: Nul-
la que res majus tempore robur habet? Resp.
Non quod tempus sit alicujus mutationis
propria causa, sed quod, dum movens causam
seu efficiens, ut natura motu uititur, & motum
excitat, motui & movendi tempus accidat
ex eis, & nec esse, nec agere, nisi in hoc
possit. Proinde etiam cum rei interitus nul-
lam possumus afferre evidenter & certam cau-
sam: afferimus aliquando tempus, causam im-
propriam: sicut usitatum est loqui de morbis
senum, qui numero dierum premi, & præ mul-
titudine annorum male habere dicuntur;

Responſe

Differentia

temporis &
motus

Cur vulgo

efficacia tri-

buit ut tem-

pori & Nil ad-

eo firmum

est, quod no-

odiola vetu-

tas Subruas,

& leptij con-

sumar denti-

bus xvij

& de

& de ruina domus antiquæ, quæ nulla vi extera manifesta impellente (ut vento) cōcidit.

P R O B L E M A X L V I I I .

An Bipedem esse sit proprium hominis?

Distinguitur.

Cap. de pro-
prio.

PORPHYRIUS Bipedem esse ait proprium (scilicet $\tau\alpha\pi\alpha$ & comparatè, non $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$, simpliciter) hominis. Aristot. in Topic. non dissentit. Sed in I. Phys. occurrit locus $\epsilon\nu\alpha\nu\pi\omega\phi\alpha\nu\varsigma$: negat enim Bipedem esse, esse proprium accidens hominis. Quis nescit pedes partem esse essentiæ hominis? Itaque Bipedem esse qualitas corporis fuerit essentia. Bene id quidem. Sciendum igitur: Aristotelem in Topicis dicto cap. cùm ait, hominis proprium esse bipedem, generaliter accipere vocem proprii de omni quod conuenit rei natura, seu quod à natura insitum est: (his enim verbis utitur) sive sit id adjunctum, sive

Talia autem
à doctis recte
propria di-
cuntur.

aliud quid. Ita propriæ partes dicuntur, quæ rem propriè constituunt. In Physicis vero agere de accidente seu adjuncto proprio & communi, quod ostendit exemplum simi & albi.

M E A T H M A X L I X .

*An corporis sit proprium reciprocum visibile,
Coloratum?*

Nega-

Negatur.

ASPECTABILE à multis proprium corporis esse dicitur. Sed proprium quarti modi intelligi non debet. Axioma enim: Corpus est aspe^ctabile, non est κα^τολός πρώτον: seu ἀρχὴ non inest primò corpori. Dicitur autem primò inesse, quod per se; propriè, immediate inest, non per aliud. Nigrum est in Æthiope, quia est in corpore: & in corpore, quia est in superficie. In hac enim per se inest, cùm non per aliud insit: in reliquis inest ideo, quod inest in alio. Homo est sensu præditus, mediatè; quia animal est, cui universaliter primò sensus inest. Sic visibile, coloratum, corpori inest, per & propter superficiem, cui primò inest. Quicquid enim videtur, est superficies. Unde hæc οπήσια dicitur, ab apprendendo. Utiliter igitur constituitur duplex subjectum: Primum, seu primarium: & secundum, seu secundarium. Ignoratio privatio est scientiæ in homine aut animo, ut secundario subjecto. In ea vero parte animi, in qua inest ratio, est ut primo subjecto. Sic prudentiæ πρώτον δεκτικὸν est mens: Δέκτερον vero homo. An autem unius & ejusdem numero vitæ subjectum primum sit anima, secundum vero corpus, quod aliqui assertunt, alterius loci est exquirere: et si hic non dissimilem, hanc sententiam mihi placere.

Corpus

Corpus est
subjectum
coloris pro-
pter superfi-
cieam.

Corpus ita vivere beneficio animæ informantis, ut sit subiectum vitæ suæ unicūm; & hanc vitam esse effectum animæ, & aliam numero vitam ab animæ vita, & vitam corporis non esse in anima, sed ab anima.

P R O B L E M A . L.

An opposita eidem attribui possint?

*Id est, regu'x
& sententia
memorabi-
les.*

MA X I M A sunt *ἀντίστοιχοι*, sic dicti, quod ab *δέσμοις*, id est, definitionibus oriantur & dependeant. In his numerandus est vulgatus Canon: Opposita non posse convenire in rem eandem. Cum enim non solum ratione, sed etiam re dissentiant, simul esse non possunt. Itaq; ex altero affirmato alterum negatur.

*Oppositoru-
posito uno
removetur
alterum.
1. Object.*

Sed multa possunt contraria afferri, unde suspicari aliquis possit, regulam traditam constantem non esse.

Responsi-

Prim. Plato in Lyfide τὸ ἐναντίον τερψκόν δέιτω
ἐναντίον. Contrarium alimentum præbet contrario, seu contrariorum mutuum quoddam est alimentum. Hoc si verum est, quomodo stabit istud: Contraria inutio se pellunt? Respondeo: Platonicum hoc non evertit axioma propositum. Nam unum contrarium alit & conservat subiectum expellendo, vel temperando, moderandoq; & refringendo con-

tra-

trariam qualitatem : unde frigidum appetit calidum : amarum dulce : humidum siccum : vacuum repletionem : plenum evacuatorem.

2. Generi insunt contrariæ differentiæ, ut 2. Object. animali rationale & irrationale. Resp. Genus Responsio habet contrarias differentias formales tantum potestate, quâ dividitur: non verò actu. Vel Genus habet contrarias in se differentias, respectu oppositarum partium seu specierum.

3. Syllogismus hic est necessarius (qui Chrysippus insolubilis visus est) Si mentiri te dicis, 3. Object. verumq; dicis: mentiri te, verum dicis. Sed 2. Acad. quæ Cicer. mentiri te dicis, verumq; dicis. Ergo mentiri te, verum dicis. Mentiri autem, & verum dicere opposita sunt. Aliquando igitur opposita possunt uni rei convenire. Resp. Mentiri hic & verum dicere non affirmantur de re eadem, sed diversis. Mentiri enim refertur ad aliquam rem falsò enunciatam: & verum dicere ad affirmationem falsæ enunciationis. Hic igitur mentiri & verum dicere non sunt verè opposita.

4. Orbi insunt opposita, convexum & concavum, motus & quies. Ergo, &c. Respon. Responses Convexum & concavum in orbe habet diversum respectū, cùm illud sit exterius, hoc interius. Ac motus ac quies insunt orbi non secun-

Est Elenchus
non oppositorum tanquam oppitorum.

160 PROBLEMATUM
secundum idem. Nam cēntrum (ut & axis)
quiescit: reliquum movetur.

3. Object. 5. Subiectum appetitus intellectivi & sensiti-
vi est anima, quæ in partes individua est.
Jam autem appetitiones illæ sāpe sunt con-
trariae: aliudq; cupidō, mens aliud suadet. Ergo
contraria possunt esse simul in eodem subje-
cto. Resp: ad propositionēm: Subiectum sen-
sationis & appetitus sensitivi non est sola ani-
ma indivisibilis; sed totū compositum (hoc
est, ipsum animal) quod est divisibile. Subje-
ctum verò intellectus ac appetitus intellecti-
vi est ipsa sola anima. Quare non erunt con-
traria in eodem subjecto adæquate. 6. Duo
motus contrarii; quorum alter primus ap-
pellatur, alter secundus, deprehenduntur in
cœlo. Ergo cōtraria uni simul inesse possunt.
Resp: Etsi Arist. negat, duos istos motus seu
conversiones sibi invicem contrarias esse:
(intellige φυσικῆ contrarietate, quæ specialis
est) tamen, quatenus primus motus; qui est
quotidianus & communis toti Sphæræ seu
omnibus orbibus, fit ab ortu in occasum: se-
cundus verò, qui singulorum orbium est; fit
ab occasu in ortum: logicè contrarii dici pos-
sunt. Sunt autem hi contrarii motus in cœlo;
ita, ut primus motus primo mobili conve-
niat per se: Secundis verò mobilibus seu in-
ferioribus sphæris per accidens: ut hæ ferantur

Responso.
Li. i. de cœl.
Cap. 45

etur dupli^c ~~o~~^o, una accidentaria & aliena velocissima, qua circumaguntur quotidie cum primo mobili 24. horis: Altera propria lentiore, qua primo mobili obliquè obviant quasi & contranituntur, quantitate periodica inter se differentes. Prior motus fit super polos & axem mundi: Alter super axem & polos Zodiaci. Breviter: Contrarii motus insunt cœlo, non secundum idem, & ratione eadem; sed respectu diversarum sphærarum, quod in Astronomicis elementis latius explicatur. Præterea in vera oppositione idem prorsus est subjectum. Extimus autem orbis, ut reliqui, ut & sidera, non sunt prorsus idem subjectū. Ergo non est vera contrarietas, extimum orbem sic moveri, reliquos orbes & stellas aliter moveri. Itaque lex oppositorum nondum est labefactata.

PROBLEMA LI.

An disparata eidem subjecto attribui possint?

IM MOTUM est discrimen inter Disparata & diversa: quod illa, ut lapis & lignū, de eadem reverè affirmari nō possunt. Hæc vero ^{Negatur.} eadem de reverè affirmari possunt; proptereaq; à nonnullis Non repugnantia dicuntur; qui sequuntur Fonsecam, ut: doctus & modestus; simplex & prudens; dives & miser. Er-

rat igitur quidam Doctor Theologus, in Logica nō ferendum errorem, cùm scribit: Disparata sunt Philosophus Ægyptius, & Theologus Hebreus; & tamen uni subjecto tribuuntur, nempe Moſi, Actor. 7. Et fidem Melanchthon definit notitiam, assensum, fiduciam; quæ sunt tria disparata; cùm notitia in mente, assensus in voluntate, & fiducia sit in corde. Hæc Doctor ille: quem errare hic dico; quod notitia, assensus & fiducia fidei attributa, non sint disparata. Funguntur enim vice unius generis. Itaque sensu sunt unum r̄onua. Ac Philosophus & Theologus non sunt disparata; sed unius subjecti, nempe Mosis diversa adjuncta. Si disparata essent, sequeretur hoc: Moses est Philosophus Ægyptius. Ergo non est etiam Theologus Hebreus. Esse autem diversa, ostendit hoc estatum prolepticum: Etsi hinc est Ægyptius Philosophus; tamen est etiam Theologus Hebreus. Etsi tu es Philosophus; tamen non es Theologus. Sic cùm Doctorem vulpem &

Vnum indi- lupum appello tropicè, lupus & vulpes non
viduum si- sunt disparata, sed diversæ qualitates. At, in-
gulare trans- cendens na- quis, uni duo tribuuntur disparata, cùm dici-
entram & hu- tur: Christus quidem homo est, sed & Deus
jus ordinem, regulam non est. Resp. Etsi ibi respectu abstractorum, id
tollerit, univer- est, naturarum, seu quatenus formaliter signifi-
fale non cor- catione notatur Deitas & humanitas, Deus
sumpit. &

& homo sunt disparata; ideoq; singularis & inusitata prædicatio est, quæ unica regula disparatorum exceptio est, locum habens tantum in effectis de unione personali divinæ & humanæ naturæ in Domino nostro Jesu Christo, ut docet Melanchthon: tamen sunt diversa, quod attinet ad subsistentiam; quia ille homo, quæ homo, non subsistit in se, sed in $\lambda\gamma\omega$, seu filio Dei, ut sua $\iota\pi\sigma\alpha\tau\epsilon\iota$: & Christus homo, & Christus Deus, una sunt persona, seu unus $\alpha\varphi\iota\theta\mu\omega$: non differunt realiter, & rā $\iota\pi\sigma\alpha\tau\epsilon\iota$ $\iota\pi\sigma\alpha\tau\epsilon\iota$, sed tantum $\lambda\gamma\omega$, id est, ratione. Itaque prædicatio illa ad usitatam reduci, imò Deus & homo ut consentanea etiam considerari possunt: sed ita, ut hoc maneat: nullum tale in rerum natura $\iota\pi\sigma\alpha\tau\epsilon\iota$ exstare.

PROBLEMA LII.

*An uno disparatorum positio, removantur
reliqua?*

PERSPICUA est regula: Posita una species, removentur omnes disparatae. Ut: Albedo est qualitas mentis. Ergo non est quantitas. Quidam scripserunt, regulâ hanc valere in abstractis, non concretis; cum non sequatur: Hoc est album. Ergo non est quantū. Hic homo est albus. Ergo non habet scientiam;

L 2

Sed,

Sed, quod pace eorum dixerim, errant, committentes captionem à non caussa tanquam caussa. Consecutio enim ideo nulla est in exemplis concretorum, non quod ad disparata pertineant, & regula de disparatis sit cum restrictione intelligenda; sed quod pertineant ad diversa, & diversorum uno posito non necesse sit tolli alterum.

PROBLEMA LIII.

An ἀριθμὸς & περίπλος, Par & impar, voluntas & λόγος, & voluntas assumptæ naturæ, sint Disparata?

Negatur.

NON memini uspiam me legere, Par & Impar esse disparata; nisi in Summa Casi scriptoris Anglici, sed non angelici.

Vide Aristot. Peripateticæ Scholæ hactenus docuerunt in postscripto. esse contraria; & quidem talia, inter quæ non est interjectum medium: quod & verum est. *de Contrariis, ubi P. 1. & Impar di-* cuntur esse *adversa im-* media. *C*ontrariæ enim eorum sunt differentiæ, cùm par numerus sit dividuus à binario: Impar vero sit individuus à binario. Cæterum in historia passionis Domini narratione hæc ejus habentur verba: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu, Matth. 26. Illorum occasione disputatum est: Voluntas divina quo genere dissentaneorum dissentiat ab humana.

Distin-

Distinctas diversasq; non confusas esse has in Christo voluntates, nō est habendum in ambiguis: Contrarias adversasq; inter se esse nefas dictu videtur. Ita verò esse diversas, ut sola ratione (non etiam re) dissentiant, *oīxovo-μίαν* Incarnationis & personalis unionis durum natura inter se disparatarum substantiarum infirmat. Statuo igitur esse disparatas. Sed inquis, disparata de eodem simul affirmari nequeunt. Voluntas appetitioq; divina & humana in Christo de eodem simul affirmantur, nempe de uno supposito. Non igitur sunt disparatae. Respondeo ad propos. Disparata non possunt tribui eidem, scilicet secundum idē. Ad assumpt. Voluntas divina & humana tribuuntur eidem, non secundum idem, sed secundum diversas naturas & partes. Christus est Homo Deus, id est, persona subsistens, in duabus naturis & quasi partibus, quarū singulis sua est voluntas: Id quod Theologorum Scholæ explicant.

PROBLEMA LIII.

An unum unitantum contrarium?

E Phile sophia peripatetica distinguitur.

ARISTOTELICUM est axioma, sed ex Academia Platonis acceptū: *εν ἐνι ερατίον:* unum est uni contrarium. Sed verba Aristotelis 8. Phys. cap. 7. Neg. verò coniurbari quis-

L 3 quam

quam debet, si idem pluribus contrarium fuerit, meritò te conturbaverint. Sed sciendum est, Aristotelem saepe τὸν ἀντίτονον τὸν οὐσιῶν θεωρεῖν, id est, contraria pro quovis modo seu uteunque oppositis accipere; & interpretibus quædam contraria esse perfectè: quædam imperfectè. Unum autem uni contrarium esse verè & perfectè. Sic dicunt interpres, extremum colorem (album) extremo colori (nigro) contrarium esse perfectè, Medio verò (viridi) imperfectè. Sed alii malunt dicere: Extremum medio opponi disparate. Utrinque verò extreum simul & conjunctim medio esse contrarium. Idque εὐεξέτασθαι, nempe doctrinæ constituendæ, & confusionis vitandæ gratia, fortasse non improbaveris. Sed placet huc aliorum judicio committere. Locum verò Aristotelis. Phys. cap. ult. intactum relinquere non possum, qui sic habet: *Interitus inter se contrarii aliquo modo sunt.* Certum est, Interitum contrarium esse ortni. Jam verò etiam interitus interitū dicitur contrarius à Philosopho. Uni igitur duo sunt contraria. Hic responsio ad secundam ἀπόψεων est expeditior. Non dicit Aristoteles, interitū esse interitū contrariū simpliciter, quā interitus est: sed quatenus talis est, id est, quatenus alter est jucundus, alter molestus; vel alter γὰρ οὐσιών, alter παρά οὐσιών.

Verba

Objec.

Solutio.

Verba enim Aristotelis hæc sunt : Contrarii aliquo modo sunt : Quia contrarii essent, si alter jucundus , alter autem molestus esset. Quare nō simpliciter interitui interitus contrarius est : sed qua alter quidem illorum talis est, alter autem talis. Hactenus Aristoteles : ex eius verbis intelligitur, propriè molestum uni jucundo : naturale uni præternaturali (quæ corruptionum accidentia sunt) esse contrarium,

PROBLEMA LV.

An contraria aliquando simul esse possint in eodem?

CONTRARIA eidem non inesse, tam tritum est in Scholis, ut nihil videatur esse tritus. Sed Philosophus ait, duo contradictoria in intellectu non esse *contraria*: & ut visus actu recipit; sic & sensus communis simul eodem tempore percipit nigrum & album. Sunt autem nigrum & album contraria. Possunt igitur contraria simul esse actu in uno: nec semper qualitas contrariam destruit. Sic aer recipit contrarios colores, colorcm ignis & aquæ, ita, ut mutuò se non perimant aut expellant. Hic quidam respondent: Nigrum & album in oculo non esse contraria, sed disparata ; hoc est, volunt qualitates quidem nigrorem & alborem esse contrarias, sed

Object.
Intellectus
aoster verū
& non ve-
rum recipit.

species harum visiles esse disparatas. At, inquam ego, nec disparata uni attribui possunt. Dicendum igitur potius fuerit, regulam propositam intelligendā de rebus ipsis, ut qualitatibus; non verò rerum, ut qualitatum speciebus ac representationibus. Ita igitur duo contradicentia in intellectu simul esse possunt. Quia longè alia est natura speciei receptae ab ipsa re. Non fit oculus niger à nigri receptione, ut paries. Itaq; differunt nigrum quod sentit oculus, & nigrum quod est in pariete, ut species & res. Nec fit intellectus calidus a caloris cognitione, neq; pravus à pravitate in intellectione, inquit Scalig. De nigro & albo, quod objectum est oculi, responderi etiam potest: species albi & nigri tenues & superficiales, quæ naturæ spiritualis naturam proximè referunt, in oculo esse distinctè. Ut enim in speculo artificiose imagines rerum objectarum nigrae & albæ apparent distinctæ, non confusa: illa in hac, hæc in illa speculi parte: Ita in pupilla, quæ recipit visibiles species, hæc refulgent, non confusa, sed distinctè; hæc in illa, illa in hac pupillæ parte. Pupilla enim habet latitudinem aliquam. Itaq; non sunt species in oculo, velut in puncto Mathematico. Ita Optici docent: Visibilium radios impermixte medium illustrare, seu aspectabilium species per medium distin-

ctas

etas penetrare. Id multa φαινόμενα manifestè
 docent. Si enim multis candelis accensis lu-
 men earum per angustum foramen transeat
 in opacum ; singularum lumina in objecto
 plano distincta , suisque candelis singula di-
 rectè opposita apparebunt : & si una plurēsve
 extinguantur , unius aut plurium harum lu-
 men nullum erit , seu disparebit. Et positis
 facibus compluribus paribus ē regione uni-
 us opaci corporis , umbræ in altera parte tot
 erunt quot faces. Radii igitur ac species vi-
 sibilium non confusè neque permixtè , sed
 discretè per medium feruntur atque diffun-
 duntur. Nec in medium fit illa corporalis
 impressio colorum : aér non recipit à specie-
 bus corporalem immutationem seu altera-
 tionem : itaq; multas recipere potest , ut mu-
 tuò se non perimant. Sed de intellectu reci-
 piente & intelligente contraria quid sit , cùm
 dici non possit hoc ab hac , istud ab illa parte
 intellectus cognosci ? Intellectus enim est
 ὄλως ὄλον , id est , partes nullas habet. Ungue
 me hīc scabo : & fortasse conjeci me in an-
 gustias , unde pedem difficulter referre pos-
 sum. Utrū dicam : Species duas intelligi-
 biles , ut & sensiles , esse diuersas , non contra-
 rias ; quod illæ in intellectu , hæ in sensu si-
 mul esse possint ? An potius restringam Ca-
 nonem sic : Contraria non possunt eidem

Lib. i. prop.
 7. perspecti-
 va commu-
 nis.

simul tribui, nisi si sit subiectum immateriale & incorporeum; aut quae tribuuntur, sunt species, simulacra, imagines & representationes rerum? Horum utrum probabilius videatur, malo ab aliis discere, quam dicere: quanquam ad restrictionem magis propendeo.

PROBLEMA LVI.

An contraria sint pellentis nature?

RECTE dicitur: Contraria esse pellentis naturę. Sed hoc intelligendum est, quod in eodem simul esse non possint. Non enim semper mutuò se expellunt. Si enim alterum à natura inest, non exigitur. Dicendum igitur: Contraria mutuò se expellere, cum hac exceptione: Nisi alterum à natura rei subjectæ insit. Sed acta ne agamus, reliqua paremus.

PROBLEMA LVII.

An cupiditas cupiditati possit esse contraria?

OCURRIT locus in Eth. Arist. li. 3. c. 2° de quo videndum, an veritatem habeat Logicam; hic nimis: Cupiditas non est contraria cupiditati. Veniat enim alicui in-

men-

mentem, quod cupere paupertatem, & cupere divitias, sint contraria. Ideoq; cupiditas cupiditati cōtraria esse possit. Sed sciendum: Verba oportere intelligi secundū subjectam materiam, & distinguendum. Ethicus dicit: Cupiditatem non esse contrariam cupiditati, scilicet de facto, seu quod attinet factum personæ cupientis. Non enim possum ego simul cupere contraria. Si enim cupio divitias, non cupio paupertatem: si cupio luxuriam, non cupio continentiam. Ita non est contrariorum simul cupiditas. Interim tamen cupiditas potest esse contraria cupiditati (cupere famam: non cupere famam) natura sua, & notione Logica: ut & cupiditas non cupiditati est opposita contradictione. Sed de his in Ethicis, lūdibris cōsidēamus,

PROBLEMA LVIII.

An verum sit hoc Aristotelis: Si unum contrariorum eam naturam habeat, ut aut esse, aut fuisse possit: potest id probabiliter etiam de altera colligi?

Respondeo per distinctionem ē suā.

SI contrarium ejusmodi est, ut aut esse, aut factum esse possit, etiam alterum contrarium eandem naturam habebit: ut, si fieri potest, ut aliquis bonam valetudinem

recep-

2. Rhetor.
cap. 18.
Object.

Solutio.

Regula Arist.
yera est de
contingenti
bus.

recuperet, eundem etiam in morbum incidere potuisse certum est. Eadē enim est contrariorum potestas, &c. Hactenus Aristoteles : cujus & regulæ exemplo opponi possunt hæc: Non si potest ignis esse calidus, sequitur illicè, ut etiā frigidus esse possit. Non continuò, si potest moveri cœlum, potest etiam quiescere. Executienda igitur est vocis *swaſ* ambiguitas. *Διvraſ* (vulgò Possibilis) nomen interdum tam latè patet, ut amplectatur & id quod necessariò; & id quod citra ullam necessitatem sit vel est: id est, significat generatim id quod fieri potest, sive caussam habeat necessariò agentem, sive non necessariò agentem: ut, possibile est ignem urere, possibile est me lusorem lucrari. Interdum verò pertinet ad hoc tantùm genus, quod posteriori loco posuimus: id est, idem est quod *ενδέχομενον* seu contingens: quod cum fit, habet caussam quæ poterat ex natura sua aliter agere. Et *ἀνθίσιμη τῷ οὐρανῷ*, id est, opponitur necessario: ut, potest fieri, ut audax vincat. Priori modo si accipias, falsa erit regula Aristotelis. Nam in iis quæ necessariò sunt, non utrumq; contrariorum est *τῶι swaſtāi*, sed alterum tantùm neque utrumlibet, sed certò ac definite alterum, ait doctissimus Muretus. Sin posteriori: vera erit. Si ergo attribuatur unum adjunctum subjecto

con-

contingenter, potest & attribui contrarium. Si unum effectum causæ tribuatur contingenter, poterit ita etiam tribui effectum oppositum.

PROBLEMA LIX.

An Contraria eidem simul aliquando insint?

Conclus. Negativa.

PRÆCEPTUM est Aristoteleum *κατ' αἰ* verum: Cōtraria eidem simul non insunt. Sed Augustinus, Patrum acutissimus, *εν-* *σαον* seu exceptionem afterens: In iis, inquit, *In senten-* contrariis, quæ mala & bona vocantur, illa *Theolog.* Dialecticorum regula deficit, qua dicunt: Nulli rei duo simul inesse contraria. Nullus enim aér simul est & tenebriscosus & lucidus. Nullus cibus aut potus est simul dulcis & amarus: Nullum corpus simul ubi albū ibi nigrum: Nullum simul ubi deforme ibi formosum. Et hoc in multis, ac penè omnibus contrariis reperitur, ut una in re simul esse non possint. Cùm autē bona & mala nullus ambigat esse contraria; non solum simul esse pos- sunt, sed etiā mala omnino sine bonis, & nisi in bonis esse non possunt. Potest enim homo bonus vel angelus non esse injustus: Injustus autem non potest esse nisi homo, vel ange- lus. Hactenus Augustinus, cuius Syllogismus in tertia forma conclusus talis est:

Bona

Bona & mala possunt esse simul; immo mala sine bonis, & nisi in bonis esse non possunt.

Bona & mala sunt contraria. Ergo quædam contraria simul esse possunt.

Verum hic Gordius nodus potest sic dissolvi: Contraria non tribuuntur uni & eidem simul respectu ejusdem. Homini non attribuitur bonum & malum respectu ejusdem. Ergo bonum & malum in homine non sunt vere contraria. Assumptionem probo. In homine enim bonum est respectu naturæ conditæ, id est, quatenus est opus Dei; quod sane non est ipsum peccatum & ipsa corruptio. In homine vero malum est, & homo est malus respectu accidentis seu qualitatis, quæ peccatum dicitur, secundum accidens. Deinde subjectum bonum per se, & vitium seu malum in eo non sunt contraria. Et malum in subjecto bono est, non ut contrarium in contrario, sed ut adjunctum in consentaneo subjecto (sic substantia inhaeret accidens, non ut dissentaneum, sed ut amicum & consentaneum. Sic mori accidit & adjungitur ut ~~ad~~ viventi, ut subjecto suo.) Ambo enim contraria sunt in subjecto, vel sunt subjecta ipsa. Natura per se bona, & malum non sunt ambo in subjecto; sed malum tantum in subjecto est: Nec sunt ambo ipsa subjecta. Natura enim per se bona subjectum tantum est. Ergo natura

tura per se bona, & malum in ea non sunt ve- Conclusio
rē contraria. Nec axioma, quod jam in mani- 2. Object.
bus est, infringi potest ex eo, quod Aristot. in
Ethicis ait, Contrarium contrarium sibi ex- Lib. 2. cap. 8.
petere: ut in amicitia quadam indoctus amat do-
ctum, inops locupletē deformis formesum. Ita in na-
tura siccum appetit humidum. Nam contrarium
contrarium expetit, non ut ambo sint simul,
sed ut alterum tollatur. Indoctus ita appetit Responso
doctum, pauper divitem, &c. ut non maneat
indoctus, pauper, sed fiat doctrinæ & divitiae-
rum particeps. Et adjuncta illa sunt diverso-
rum subjectorum: cùm in amicitia sit duo-
rum relatio, & amicus sit amico amicus. Ad-
de quod Aristoteles non simpliciter, sed ~~neg~~
loquitur, ac dictum suum explicat. Ait e-
nīm: Nec contraria quidem certè contraria suapte
natura sibi expetunt; sed fortuitò, & casu. Estque
appetitio mediocritatis, quod bonum dici-
tur: velut ei rei, quæ sicca est, non optabile est
nec utilē, humidum fieri, sed ad mediocritatem
pervenire: item q̄₃ rei calidæ: ac ceterū. Sed hæc mis-
sa faciamus.

PROBLEMA LX.

An Contrarietas propriè tribuatur Qualita-
tibus inter se pugnantibus?

Conclusio negans.

SUNT,

SUNT, qui sola accidentia, & quidem in his propriè qualitates faciant *ēravīa*. Alii *ēravīas* omni enti tribuunt, hoc est, non tantum accidentibus, verùm etiam substantiis: ut homo & bestia sub genere animalis contraria sint; Corpus vivum & cadavet sub genere Corporis. Pro his afferemus argumenta non contemnenda: eis *ciabdoξoi* quidam facilè reperturi sint, quæ contrà dicant: Neque enim mordicus arêteque tenentibus opiniones suas & contentiosis yerba deesse solent: sicut ebriosis non defit vinum: Ac quidem primùm ex opibus Aristoteleis evincemus, *ēravīas* omnium rerum esse communem: non solarum qualitatum propriam:

Aristoteles cap. 4. libr. 2. de anima: Substantias facit contrarias, ubi de proprietatis nutrimenti docet. Ei prima proprietas est: Ut Nutrimentum sit contrarium nutritio: Altera, ut sit in eo genere contrariorum, quæ non solùm inter se vicissim mutantur, & quorum alterum ex altero fit, sed etiam mutatum auget contrarium: Sunt enim duo genera contrariorum inter se commutabilem. Unum eorum, quæ in se vicissim ita mutantur, ut alterum in alterum mutatum, nihil subiecto addat. Talia sunt accidentia, ut Sanitas & morbus, quæ in subiecto animali in se vicissim mutantur. Fit enim homo æget sanus;

sanus, & sanus sit æger. Sed nec sanitas auget agrotantem, nec morbus auget sanum:

Alterum est eorum, quæ in se vicissim mutantur, ita, ut cum contrario, à quo mutantur, uniantur: Talia sunt substantiae quædam, ut Nutrimentum: Hoc enim in nutritum mutatur, seu in substâtiam corporis aliti vertitur, ut non solum fiat substantia corporis, sed etiam cum ea conjugatur; ac eam augerat: Este enim nutritio, perfecta alimenti assimilatio: nutrimenti in corpore animatum conversio: alimenti transmutati naturalis unio. Cum igitur quædam substantię ita contrariæ sint, ut altera in alteram mutetur, immo etiam subjectum, alterum contrarium, cum eo quod mutatum est, uniatur & crescatur, quiis non videt falsum esse, sola accidentia esse contraria?

II. Aristoteles i. Phys. Substantiam formam & privationem hujus, principia rerum naturalium facit contraria. Formæ autem essentiales Aristoteli accidentia non sunt, sed virtus:

III. Facit huic, quod idem Philosophus generi subjectas differentias, quas ab accidentibus discernit, evantrias, seu adversas dicit.

III. Locus superus est contrarius inferus: seu locus (ut & motus) sursum contrarius locus (ut & motui) deorsum: Et igni aqua contraria;

traria est, aéri terra. Arist. in Categ. Quantitatis, & lib. 2. de ortu & interitu, cap. 3.

Sed respondent, Aristotelem substantias contrarias facere propter cōtrarias affectiones, seu qualitates, non formas, quod dicat: Et igni aqua contraria est, & terra aéri, quia hæc ex affectionibus & proprietatibus contrariis constant. Respondent, locum superum esse contrarium infero propter qualitates corporum locatorum, levitatem scilicet & gravitatem, in quibus est principium motionis: & gravitatem levitati, levitatem gravitati esse propriè primoq; contrariam.

Ad hoc ~~arr̄t̄ i m̄or̄~~ respondeo: Elementa illa esse cōtraria primò, quod contrariae sint eorum differentiae, quæ formæ sunt. Omne enim ens (ut exprimæ Philosophiæ fundamētis ait Scaliger) est contrarium contrario suo per suam essentiam, qua est id quod est, hoc est, per Formam.

Et licet (ait Melanchthon in Categoria substantiæ) cùm clementum unum ab altero corrumpitur, corruptio sit per contrariam qualitatem: tamen principale agens est Elementi *Forma*. Nec obscurè ibidem innuit, si ad vivum resecetur regula: Substantiæ diversæ non dicuntur contrariae, sed disparatae: generaliter eam veram non esse. Sic primum principium motionis rerum locatarum est *Forma*,

Cap. 4. lib. 2.
de ortu & in-
teritu. Arist.
Exerc. 12.
sect. 4.

ma, cuius gratia primò contrariè distinguitur locus superus à loco infero : ~~διατίπερ~~ verò propter leve & grave, qualitates.

PROBLEMA LXI.

An contrariorum eadem sit diuina vis seu potestas?

C ELEBRATA in scholis Philosophorū,
nec in vulgus ignota sententia Aristote-^{s. Eth. cap. 2.}
lis: Contrariorum eadem ratio atq; vis
est. Sed quomodo intelligenda, quid μονίμως
de ea statuendum, & nuncubí fallat, non per-
inde notū est. Cùm enim calor & frigus con-
traria sint: non tamen hæ qualitatis eadēm
sunt natura & facultate præditæ. Nam frigus
vim contrahendi, calor laxandi habet. Ita-
que istud non videatur esse generalis vérita-
tis axiomā. Adde quodd 2. Rheticorum lo-
cus opponi potest: Contrariorum contraria
vis est. Eare ad explicationem ejus cùm An-
tonio Mureto adhibeo distinctionem *diuina-*
vis: (Nequē enim Philosophus temerè αν-
πλογίων εἰσηγεῖν contradictionum induci de-
bet:) eam nimirum: Ut alia sit vis insita con-
trariis: Alia vis percipiendi, qua scilicet ap-
prehenduntur contraria: Alia denique vis
fficiendi, qua efficiuntur. Ita regula tripli-
i sensu accipi potest: 1. Contrariorum

Rationes
dubitandi
duæ.

M 2 eadem

eadem est natura. Hic falsus est. 2. Contrario-
rum eadem seu æqualis est notitia & claritas.
Hic verus est. 3. Contrariorum eadē est cau-
sa efficiens. Hic quadam tenus verus est. Ad-
ducta igitur regula ex Ethicis vera est, non de
prima, sed de media vi intellecta. De tertia
item vera est, sed ita, si distinguas. Primū
enīm : Contraria non habent eandem vim,
id est, naturam sibi inditam, sed contrariam:
ut album & nigrum : album enīm visum dis-
sipat : nigrum colligit. Cūm autem de hoc
genere *duāpēos* agitur, valent aliquando re-
gulæ : Contraria sunt contrariorum conse-
quentia. Et : Contraria contrariis attribuun-
tur.

Contraria
sunt contra
riorum con-
stantes nō sunt, nisi fiat oppositio secundum
sequentia,
cum oppo. propria attributa: ut, virtus est laudabilis, vi-
nuntur secū. tium non est laudabile. Pater genuit: Filius
dum forma: est genitus. Solis accessus ad nos est causa
les differen- generationis: Recessus à nobis est causa in-
tias aut pro- teritus rerum. Arist. 2. de ortu: Contrariorum
scilicet effectuum contrariae sunt causæ. De-

II. inde contrariorum eadem est vis, id est, Con-
traria suapte natura & absolutè æquè nota &
clara sunt; et si nobis secundum sensum alte-
rum potest esse notius & clarior. Album &
nigrum eadem facultate cognoscitur, itemq;
consonum & dissonum, calidum & frigidum.
Ea de causa contrariorum quoque eadem est

ars, eademq; scientia. De hac vi loquitur Aristotel. 5. Eth. c. i. Etenim, inquit, si firma corporis affectio nota sit, infirma quoq; corporis nota est cōstitutio. Tertiō: Contrariorum eadem est vis efficiens. Et: contrariorum non est eadem vis efficiens. Eadem est quidem genere: Non eadem verò specie. Exempli gratia: Eadem res seu caussa, generatim loquendo, efficit sanitatem & morbum, nempe quatuor humorum temperatio, è quibus corpus constitutum est: ut medicorum parens ait: Hippocr. Homo ex humoribus valet & ægrotat. Sed, speciatim loquendo, sanitatem efficit bona temperatio: morbum mala. Et virtutis & vitiī caussa procreans est consuetudo seu crebra actio: Non tamen una eademq; consuetudo vitiosum & virtute præditum efficiet hominem, sed contraria: honesta nimirum & laudata virtutis: turpis & illaudata vitiī parens est. Christus idem & salvat & damnat: sed receptus vivificat & salvat: neglectus seu rejectus judicat & damnat. Ita locus è Rhetorici intelligendus: οὐαμις τὸν ἐναρτιῶν ἐναρτία. Quod si res una eademque specie, aut etiam numero, vim efficiendi contraria in se continere dicatur: id necesse erit contingere, i. aut non in eodem, sed in diversis subjectis, ut: idem calor & astringit & resolvit: Sed astringit fortasse corium aut lutum: lavat seu resol-

III.

Balnea, vina,
Venus, cor.
rumpunt cor-
pora nostra:
Restituunt
eadem bal-
nea, vina,
Venus.

vit ceram aut glaciem. Æstas appetentiam re-
rum Venerearum auget & minuit: sed minuit
in viris: auget in fœminis. 2. Aut in eodem
quidem subiecto, sed non eodem modo affe-
cto, ut: Vini vel Veneris usus uni eidemque
homini, sed aliter atque aliter affecto, modò
salutem, modò noxam afferat. 3. Aut est in uno
eodemque, & in eodem modo affecto, sub-
iecto: sed ita, ut contraria illa non eodem
modo, medio, vel instrumento efficiantur:
ut diurna nivis contrectatio & frigus afferat
& calorem. Frigus quidem per se: sed calo-
rem secundariò per quandam *ἀνταπίσυσιν*.

Idem potest Vinum & humectat & exsiccat: sed illud per
esse caussa se, hoc ex accidente. Doctor potest in eo-
contrariantib: sed alter ef- dem auditore & scientiam & ignorantiam ef-
fectus est per ficer: sed illam *ἀποδείξει*; seu demonstratio-
se, alter per nibus, hanc paralogismis, & contortis falla-
accidens. cibusq; conclusiunculis. Medicus idem ho-
minem eundem potest & interficere & sanare: sed illud veneno, hoc remedio. Atq; his
propositum *παράγγελμα* enodatum est, quod
quidem brevius fieri potuisset: sed spicile-
gium in agro Muretano exercere visum fuit,

PROBLEMA LXII.

*An Adversè contraria una definitione possint
definiri?*

Affix:

affirmatur.

UTRIQUE adversè contrariorum unam definitionem satisfacere certum est: ut

Relatè opposita una definitione describuntur, & alia argumenta, quæ¹ unius sunt nominis: ut Similia. Nam quæ duorum² non minum sunt, ea habent distinctas definitio-nes, ut Causa & Effectum. Id cùm axiomi ob-tineatur, hoc tamen è Scholasticis Doctoribus opponitur, quo imperitiores turbari possint. Quorum non est unus conceptus, eorum non videtur esse una definitio. Adver-sorum, cùm res sint distinctissimæ, & naturæ maximè pugnantis, non est unus conceptus. Ergo eorum non est una definitio. Hic re-spondetur 1. à Caso: Etsi non est rerum diver-sarum unus conceptus in unitate rei; unus tam-en esse potest in unitate rationis, quæ sæpe multa naturæ diversa ad gyrum & circulum unius descriptionis revocat. 2. Adversorum, ut nomen sunt argumēti, una est definitio. Ita enim considerantur relatè, & inter ea cō-sensio spectatur. Adversum scilicet adverso-^aversum est. Exemplis interim, quæ Adversis subjecta sunt, non datur una definitio. Ea e-nim è diametro dissentunt: ut, bonum, ma-lum: pax, bellum: quorū ut contraria natura est; ita quoq; contrariæ sunt definitiones.

1. Barbari vo-cant relata æquiparatis.
2. Barbari vo-cant Disqui-parantiz.

PROBLEMA LXIII.

An mas & fœmina sint adversa?

ENARROWITR esse inter marem & fœminam, infra constituiimus. Hic in specie adversa esse dicimus: id quod à μαχῇ obtineri potest. Perpetuū enim adversantur sibi sub eodem genere. Nec quicquam obstat, quod cōcurrunt in androgyno. Nam bestia quoq; & homo concurrunt in monstro: & tamen nihilominus aduersa sunt. Sed sunt, qui relata

*Mas et Fomi
na non sunt
adversa*

seu ad aliquid faciunt. Scio equidem. Venerum cū alterum per alterum non definiamus, nec mas sit fœminæ mas, ut maritus est conjugis maritus; propriè & secundum esse, ut loquuntur, relata non sunt, sed impropiè, secundum dici, & quomodo libet: ut intellegas, si qua est χρήσις inter marem & fœminam, eam esse mērē contingentem, minimeq; necessariam. At sic quoq; aliquis contrapugnet;

III. Ut Enthymema est πάθος seu affectio syllagismi: glacies πάθος aquæ: Sic etiam fœmina est πάθος seu accidens maris. Est enim fœmina mas imperfectus, animal interceptæ seu affectus perfectionis, quod barbari & illoti dixerunt occasionatum. Hic respondet Scal. fœminitatem esse perfectionem quandam speciei, quod sexus non nisi in speciebus perfectis distinctus sit; & fœminam à ανδρὶq; necessariam esse naturæ, propter speciei

perf.

perpetuationem. Cæterum quodd mas & fæmina ~~surdoacutus~~, seu quodd est mutua maris & fœminæ propensio ad coitum; ideoq; conjugium incepit: id non tollit inter eos Logicam ~~eravnioway~~: ut, amor Dei erga hominem non tollit inter ipsos disparationem.

III.

PROBLEMA LXIII.

An privatio sit habitus?

Negatur.

PRIVATIO, pressè proprięq; sumpta, est negatio habitus, seu formæ alicuius in subjecto naturā apto, ut: nudum surdum, calvum esse. Opposita igitur est habitui. Sed Aristoteles in Metaphys. scribit: Privationem esse habitum quendam. Et ratio manifesta est. Quod habetur, est habitus. Cæcitas habetur. Cæcitas igitur habitus est. Huc facit, quod Julius Scalig. Cæcus, ait, quendam habitum habet, propter quem cæcus est, qui visionis habitui contrarius est. Ita ergo & visus & cæcitas habitus erit. Respondeo: Etsi, fusiùs sumpto nomine habitus, Privatio sit quidam habitus, cum alieni rei adhæreat; tamen si pressius illud accipiatur, & *κατόχω* (ut fit à Logicis) non est habitus, sed quid habitui contrarium. Dicitur autem potius visus habitus, quam cæcitas: primùm, quia habitus est forma seu res positiva: privatio

Cur contrarium positivum potius dicitur habitus quam privatio,

M S vero

verò est fornicatio seu rei talis absentia , & quodammodo nihil & non ens est. (Aristotelij in Physicis per se non ens est , & ens per accidens) Deinde quia habitus naturā privatione prior est, modò actu , modò potestate. Unde dicitur : Privatio antea requirit (Barbari dicunt, præsupponit) habitum. Et privatio sub habitusfui ratione intelligitur. Cùm igitur prior sit & habeatur visus , quam cæcitas ; ille potius habitus seu οξύς dicitur. Tertia ratio potest addi ex D. Piscatore. Cur tenebræ potius privatio lucis , quam lux privatio tenebrarum dicitur ? Quia lux melior est tenebris. Sed an semper privatio sit deterior habitus dubitari potest. Primum enim quies , quæ privatio motus est, peripareticis nobilior est motu: siquidem propter quietem fit motus; & quies est perfectio ultima corporis , est perfectio perficientis & perfecti: sed motus tantum est perfectio media corporis , actus imperfectus, perfectio ejus quod perfici potest. Deinde sobrius est melior quam ebrius: & tamen ebrius significat habitum quendam, sobrius habitus ejus privationem, quasi sine ebrio, ait Talæus. Sed dici potest contraria: sobrium potius habitum dicendum, & ebrium , quasi è sobrio , privationem. Et rectè fortasse sobrius (voce latius accepta) & ebrius ad adversa referentur: cùm sobrius significet

ficer positivum aliquid, & ebrius motum & actionem, licet deformem; ut virtus qualitatem bonam, vitium vitiosam. Ad alterum responderi potest: quietem, quatenus est motus finis seu perfectio ultima, esse motus disparatum. Ad extremum, ideo quoque videtur mihi contrario positivo potius habitus quam privationis nomen tribuendum; quia illud & sensu & intellectu, privatio vero non nisi intellectione percipitur. Quod autem & sensus & intellectus percipit, id magis haberi, esse, in re inhaerere censetur,

Objicis: Lucis absentiam solo intellectu ^{Objectio,} non comprehendi, quod noctu tenebræ sentiantur. Respondeo 1. Quod sentitur pro ^{Solutio,} priore, sensui imprimis speciem aliquam. Privatio non potest speciem ullam in sensum imprimere, Scaliger exercit. 18. Ergo privatio, ut est tenebrae, non sentitur. 2. Etsi tenebræ sentiri dicantur; tamen non sentimus eas propriè & per se, sed tantum sub specie nigroris. Sed inquis, etiam quietem sensu visus percipi. Itaque quandam privationem, Respondetur communiter quietem sentiri à visu per accidens, motum vero per se. Ita igitur privatio quedam sentietur tantum per accidens, non propriè & per se. Sed hoc Scaligero non placet. Nam, inquit, quies à visu percipitur per privationem motus, (id est,

ut est privatio motus.) Sit oculus, qui nunquam viderit motum. Is hac ratione quietem videbit simul & non videbit: quod absurdum. Omnino igitur per se etiam & secundariò sentitur quies; neque solum in negatione motus, sed in sua quoque affirmatione. Quiescit enim quod quiescit, quia quiescit, non autem quia movetur. Neque magis est quies privatio motus, quam motus quiescit. Quies enim est motus finis. Finis autem omnis perfectio. Nulla perfectio privatio. Ergo quies non est motus privatio vera. Hæc Scaligeri subtilia sunt & acuta. Verum quia non recedendum puto temerè à consensu Physicorum, qui ex sententia Aristotelis s. Physic. cap. 2. statuunt: Quietem esse privationem motus, in illo subiecto, quod moveri aptum est; diversa consideratione & ~~χρόνης~~ dixerim: Quietem esse perfectionem & privationem. Quies ratione termini à quo, privatio est motus, & potentia ad motum. Ratione vero termini ad quem, perfectio ac consummatio motus est. Itaq; & affirmationis & negationis rationem habet. In grano tritici adhuc jacente in horreo nondum semine, quies est in termino à quo, quæ privatio est; illud enim granum et si tūm actu non moveatur, potentia tamen mobile est. In pomogero maturo ab arbore decerpto, quod habet formam

formam & perfectionem & statum pomi, quies est in termino ad quem, quæ est perfectione motum secuta, & acquisita per motum. Atq; adeò status & duratio formæ in re percipi potest. Cùm autem quies sit partim in extremo, à quo motus incipit; partim in extremo, in quod desinit: priorem quietem motui opponi privativè, sic probat *περιτα-*
λογία. Nunquam contrarium est finis & perfectio sui contrarii. Contraria enim natura sunt (ut loquuntur) sese corrumpere. Ea vero quies quæ sit in extremo ad quod, est finis & perfectio motus. Ergo non est contraria, nec opponitur privativè motui; sed quies altera, nempe prior.

PROBLEMA LXV.

An privationis aliqua sit effectio?

Affirmatur.

ES qui qualitates distinguunt adversas privationes, ita ut dicat: Illæ sunt efficaces: ut, frigoris & caloris actio est non exigua; privatio vero nullam habet actionem. Sed posterius hyperbolicum esse vide-
Refutatur
 tur. Nam opponi potest peccatum nativum, *κατ' εύστα-*
 quod vocant originale. Illud enim agere ar-
στιγμή
 gumento est, quod ciet in nobis affectus ad peccandum: quamobrem vocatur *ἀμάρτωλος*
ἀμαρτία, peccatum peccans. Et Divus Paulus

ad

ad Roman. cap. 7. versu 20. ait: Non amplius ego id perpetro, sed peccatum quod in me habitat. Adde, quod somnus est caussa adjuvans eocctionis. Et paupertatem, quae est privatio divitiarum, nihil agere non dixerim. Idem judica de dementia, quae privatio est usus mentis. Quod verò mors Servatoris vim habet vivificandi, ιπτερ ούσιν est, & singulare. Et quidem non existit vis ea ex sola ratione mortis; sed propter unitam deitatem, quae ne in morte quidem fuit à natura ejus humana separata.

P R O B L E M A L X V I .

*An generaliter verum sit hoc effatum Aristotelis:
A privationibus ad habitus non est
regressus?*

Dicitur.

ECATEGORIIS Aristotelis dicitur, ex privatione non fieri regressum ad habitum. Id ut non semper verum, reprehenditur à Ludovico Vive, qui huic dicto noctem, somnum, tenebras & similia opponit. Et Talæus opponit Aristotelem Aristoteli, ut qui alibi affirmet, effosso hirundini oculos restitui. Sed Vitus Amerbachius ut catholicum defendit, quod vocem *σερνόως* Aristoteles in doctrina Categorica propriè accipiat pro irrecu-

recuperabili spoliatione seu ablatione formæ alicujus, ut sit orbitas, mutilatio membrorum, quæ non renascuntur. Impropiè vero accipi pro formæ aut habitus carentia. Equidem Amerbachio plurimum tribuo, sed hic assentiri ei nō possum. Primùm enim impro-
 pria & generalis privationis significatio apud Aristotelem illa est, cùm è contrariis alterum reliqui privationem esse dicit; ut frigus calor, nigritatem alboris, gravitatem levitatis. Ad quæ si objiciatur, distinctionem pri-
 vantium & adversorum in Logicis non esse accuratam, seu privantia esse adversa; respon-
 demus cum Scaligero, Aristotelem loqui illic fusiùs & audaciùs. Secundò, quia in Phy-
 sica ἀκροάσει sæpiissimè quietem Aristoteles ait esse privationem seu σέρηπτην motus; nemo facile dixerit, impropriè ibi eum accipere privationem. Nunc quies talis est privatio motus, ut in his mutua fiat commutatio, εἰς ἄλληλα μεταβολήν. Nam quies non est privatio motus, ut mors vitæ, quæ cum actu tollit facultatem; sed ut tenebræ sunt privatio lucis. Relinquit enim quies in mobili potentiam motus. Pronunciatum igitur Aristote-
 telis ἐπὶ τῆς σερήπτης καὶ τῆς ἔξεως αὐτού τοῦ εἰς ἄλληλα μεταβολῶν θύμησι, non de omni privatione propriè dicta accipere possum. Quare hac utor distinctione: Privatio duplex est:

Una,

In Metaph.
12. & 10. &c. 2.
de gener. &
2. de coel.

Una, quæ non solum ex subiecto aufert formam & cæcitas sed etiam dūratur & habilitatem, ut cæcitas in oculo: De hac privatione verum est effatuni Aristotelis perpetuus; id est, ab hujusmodi privatione nunquam fit regressus ad habitu naturaliter (miracilla enim excipio.) Et hoc pertinet illud Jūrisconsulti: Actio semel extinta non reviviscit amplius, l. si unus. §. sed si pactum. ff. de pactis. Altera, quæ ita ex subiecto aufert formam & actum, ut in eo relinquat potentiam recuperandi; ut tenebræ in aere: ignorantia in intellectu. Ex hujusmodi privationibus potest fieri regressus in habitu. Sed potest & sic explicari Aristotelis locus in Categoriis, ut dicatur eum loqui de σέπτεσ καιων τητ, id est, maxime propria, seu probris destruente accutumpente; quæ habet caussam, quæ tolli non potest, ut reducatur habitus. Ex fali igitur privatione non potest naturâ fieri regressus in ξiv, ut: cæcus factus nemo recipit vilum. Non verò de privatione ea, quæ tantum ex parte destruit, aut etiam conservat; quæ habet talim caussam, quæ removefi potest, ut ξv redeat. Posterioris generis est somnus, vigiliarum & sensiois privatio. Somnus enim est σωτιεία quædam animalium, & sublati vaporibus ab orificiis nervorum abit, succedentibus vigiliis. Quodverò ex Aristotele obijciens

objicitur, ipsum etiam testari, hirundinum oculos estoslos renasci; id falsitatem s^epe dicti enunciati; si secundum antecedentia & consequentia in contextu intelligatur, non videtur evincere. Sententia enim ejus est, in privatione & habitu non esse mutuam commutationem φύσει, id est, natura. Id ostendunt verba πέφυκεν & ἔστωσεν, quibus ibi utitur. Ese-
 δηδαι ἐπότε λέγομεν ἔχεισον τῶν τῆς "δέσμως δεκτικῶν
 ὄταν, εἰ δὲ πέφυκεν οὐ πάρχειν ἐπότε πέφυκεν ἔχειν; μη-
 δαμῶς οὐ πάρχει. Item: Οὐ πέτερος τυφλὸς φύσμενός τις (πάγιν) ανέβλεψεν, οὐ πέτερος ὡν (πάγιν) οδόντας. Exempla privationis.

At hirundines non naturā, sed arte Medica recipiunt oculos & visum per herbam, cui nomen est Chelidonia, ut testatur Plinius in natur. hist. lib. 8. & 25. Ad extre-
 tum, ut cuivis pateat, sententiam Aristotelis in 10. ca. Categor. esse restringendam ad cer-
 tam speciem; proposita velut tabella, Priva-
 tionem dico in Philosophia Aristotelis acci-
 pi modò laxè, seu potius latissimè; modò
 pressius: Priore modo pro quavis absentia
 cuiusq; positionis (ut, vitium est privatio vir-
 tutis:) quod omnibus oppositorum generi-
 bus, sed æquivocè accommodari potest; in-
 quic Scaliger exerc. 65. sect. 2. Posteriore mo-
 do (pressius) vero pro habitus carentia seu
 absentia, qui recipi potest. Ejus duæ sunt dif-
 ferentiae: Aut privatio est absentia ejus for-

mæ, quæ jam fuit vel esse debuit. Opposita ei forma aut est irrecuperabilis; ut, naturaliter seu per naturam surdus non recipit auditum: vel recuperabilis, ut dormiens evigilat. Aut est absentia ejus formæ, quæ futura est, & accessura ad materiam seu ad subjectum cum habilitate ad formam illam recipiendam. Sic privatio accipitur à Physicis Aristotelicis, & principium generationis tertium ponitur, & duplex est: Una remota; Sic terra dicitur habere privationem formæ hominis. Altera propinqua, secundum quam semen dicitur habere privationem hominis. A remota privatione ad formam fit transitus seu mutatio interjectis antè plurimis mutationibus. A propinqua vero unica tantum fit mutatio per quam forma acquiritur.

P R O B L E M A L X V I I .

An omnis habitus naturâ insit?

Object.

P E T R U S Ramus docet: Privationem negare in eo tantum subjecto, in quo habitus suapte natura ineſt. At objicitur: nec divitiæ suapte natura insunt diviti, nec ebrietas ebrio: & tamen paupertas pro privatione divitarum, itemq; sobrietas pro privatione ebrietatis ab ipso Ramo proponuntur. Ni-

mis

mis igitur angustè privantia in Rami definitione ad res solum naturales sunt restricta, cuiusmodi sunt visus & cæcitas, lux & tenebrae. Resp. Si erravit hic Ramus, eodē quoq; solutio tenetur errore Aristoteles, ex cuius fontibus hortulos suos ille irrigavit. Aristoteli privatio est negatio contrarii habitus in subjecto naturali. Aristoteli privatum dicitur habitus ^{in Metaph.} suscep^{4 cap lib 10}tivum, cūm cui naturaliter inesse potest, nō inest. Inest autem habitus subjecto ^{in categoriis} ut forma vel inhæsionis, quam vocant, vel attributionis. Nam Arist. *ὑπάρχειν* (in esse) modò est inhærere, modò est dici de aliquo, seu attribui, sive ad sit, sive insit. *Εἴτιος* igitur interpretor verba ista: In quo affirmatum suapte natura inest, per hæc: quod est capax affirmati per naturam suam: & dico, naturæ vocem per metaphoram etiam ad non naturalia transferri. Sic dicitur Natura artis Logicæ. Natura contractuum voluntariorum. Vis & natura Justitiæ, Cicero de Finibus. Natura caussæ, quam constitutionem vocant: Cicer. 2. de Orator. Natura omnium contrariorum est, ut unum tantum uni opponatur, D. Joan. Piscator exerc. 14. sect. 2. ad D. G. Scribo. Non sunt quidem divitiae homini propriæ naturales: sed tam en ad hominem pertinent, ita, ut naturæ & vitæ ejus sint adjumenta, instrumenta & ornamenta. Quod ad ebrietatem

Homo habet
naturam.
quæ capax
est ebrietatis.

In Protag.

attinet, ea inest homini ebrio natura, hoc est, potentia: id est, inesse ei potest, seu homo tali est conditione & natura, ut possit inebriari. Sic natura aptum est corpus ad recipiendum vestem; quæ cum detrahitur ei, nudum & nuditas dicitur. Longius haec non persequor; sed appono tantum pulcrum Platonis sententiam: Ridicula est verborum λεπτομέρεια, id est, cum superstitionis verborum proprietates consequuntur.

P R O B L E M A L X V I I I .

Logicē dicitur Talpa cæca?

Talpa quoq; juvat velitari ἀνθρώπον, id est, sine sanguine. Vulgo nocturno animali, talpæ, privatio visus, cæcitas tribuitur. Quod ipsum auctorem quoq; habet Aristotelem Metaphys. lib. 5. cap. 22. & alios doctissimos viros. Averroës sanè visu privatam vult, non organo. Verum alii quidam sic jundicant: Nullus usus facultatis & actus videnti est subterraneis bestiis. Talpa est perpetuo subterranea bestia, à terra, non aliudque, cibum quærens. Nullus ergo talpæ usus facultatis & actionis videndi. Quare etiam nullum instrumentum (oculum) accepit: & ex consequenti, non cæca, sed non videre dicitur propriæ cenda est. Breviter: Talpæ oculi non debentur, & suapte haec natura capax visus non est.

Si oculi non sunt dati talpæ, non dicere cæca esse, sed non videre,

Ergo

Ergo cæca non est. 2. Sensus sunt dati propter finem. Talpa quid videat sub terra? nam cùm sub terra tenebræ sint, nullus quoq; ibi visus. Non igitur datus est visus talpæ. Etsi autem lumbricis sub terra pascatur: tamen nō aspectu sed olfactu eos sentire videtur. Huc facere videtur, quod oculos talpam habere ~~re-~~
~~πηγωμένος~~, id est, imperfectos, ait Aristotel. in hist. & oculorum formulam seu effigiē quandam accepisse, refertur ex Plinio, qui quidem neq; oculos neq; visum ei tribuit. Sed tamen videtur recte dici: Talpam aliquo modo & cæcum esse, & videre; seu, oculis uti, & non videre. Nam omnes tunicae in oculo talpæ sunt, præter unam, attestantibus id Galenicos: quod ei deberentur oculi, ut integro animali: quibus cùm uti non liceret, ajunt à natura esse tectos: Membrum igitur non deesse, quia esset animal perfectum: usum non adesse, quia nulli esset usui. Quare non curatum esse à natura, ut oculi perficerentur. Sic igitur judicamus: Perfectis animalibus sunt instrumenta omnia ad sentiendum, teste Arist. in lib. de anima 3. cap. 1. Si instrumenta sunt, sunt etiam officia: Si oculus, etiam visus: cùm natura nihil agat sine fine. Talpa est perfectum animal. Talpæ igitur oculi & visus; quamquam is exiguus. Idem Arist. cap. 8. lib. 4. de Historia, & tunicas & humores cùm ni-

grum tūm albugineum in talpis agnoscit. Talpæ igitur oculus, (licet non sit perfectus) non est penitus expers receptionis lumenis; non ut sub terra videat, sed ut potius lumen & aërem, qui suprà terram est, ut inutilem obtemperiat, evitet. Iccirco eam natura docuit lucis fugam, atq; ut eam percipere posset, instituit. Quapropter hausta luce sub terrā sele abdit rursum. Hæc sunt verba, & hoc est philosophema argutissimi Scaligeri, qui & paulò post, Talpæ, inquit, dati sunt oculi, non ad appetendum quæ videat, sed ad fugiendum, quod illi visui atq; ejus vitæ noceat, ut occurrentem fortè lucem sibi perniciem, cum patriis, nativis, salutaribus latebris illico commutet. Neq; deest ratio. Aëre enim hoc supernatæ celerrimè extinguntur. Nec desunt qui sentiant, videre posse talpam perfectius, si ei membrana detrahatur, & videre, ut nos, cùm genis oculos tegimus. Imperfetè igitur, seu parùm videt talpa (quæ & sententia est Alberti in libr. de animalibus:) & habet oculos non quidem apertos, verumtamen sub cute latentes; qui frustra non sunt dati, sed aliquo etiam modo videre possunt. Cujus sententiæ subscriptorem habemus doctissimum Philosophum J. Ludovicum Havenreuterum, quem honoris caussâ nominio. Etsi autem oculi in talpis tecti (ut &

minus

Talpæ oculi
dati, ut effu-
geret nostra
tem aërem.

minus perfecti & debiliore spiritu) sint: tamen natura in his animantibus non omnino frustratur suo fine: quia prodest iis, ut cum perpetuò vivant intra terram, non habeant apertos oculos; lacerentur enim pulvere. Et fortasse natura oculos earum tegumento tunicae aperuit, ne, cum è tenebris egredentur, lucis splendore offenderentur. Sed *Objectio.* quomodo videre possunt, cum natura oculos earum cooperuit tunica, seu, ut Aristoteles habet lib. 3. de anima, cap. 1. constet, eas oculos sub cute habere? Respondetur, eam *Responf.* tunicam esse transparentem; ideoque speciebus perviam. Itaque cum Aristotele lib. 1. de hist. animalium, cap. 9. Talpam modo quodam habere oculos, omnino non habere dixerim: quippe cum omnino quidem nec videat, nec perspicuos habeat oculos. Verum si quis prætentam membranam detrahit, locus oculorum appareat, & pars nigra corundem, situs deniq; & descriptio eadem, quam legitimam conspicui oculi obtinent; utpote cum obducta cute oculi pressi, confusi, oblaſtiq; essent, dum crearentur. Atque secundum hæc intelligendum putarim, quod alibi scripsit, talpis visum deesse, & aliter hominem, aliter talpam cæcam dici. Sed hæc acutiores Physici excutiunto.

*An omnia privantia definiantur mentione
facta habitus?*

Distinguitur.

In loco defi-
nit.

Lib 2.1. Phil.

PRÆCEPTUM Melanchthonis est: Omnia privativa vocabula definiri κατ' ἀφάγεσιν ζευγοῖς, id est, remotione contrarii. Fundamentum hoc habet in Aristotelis Philosophia, quæ docet: Privationem non per se, sed sub ratione sui habitus intelligi. Ex quo colligitur; Illam habitu, sed ita, ut negetur, definiri. Sic cæcitas est defectus visus in animali: Mors est privatio vitæ (intellige, in re vitæ capaci:) Non tamen iccirco existimandū, quicquid definitur remotione contrarii, id illico esse σέγησιν, id est privationem. Vitium describitur fuga virtutis. Hæc levis & οὐ πολλάξ εστι descriptiuncula vitii, dariq; potest alia accuratior, in qua virtutis nulla sit mentio. Itaq; vitium propriè non est privatio virtutis: sed opponitur huic adversè.

Object.

Verum εἰσάρτεις hīc audio istas: Primum: Somnus definitur à Phys. cessatio sensacionum. Secundum: Mors definitur extinctio calidi & humidi. Neutrobiq; sit mentio habitus. Nam Somni εἰδῆς seu habitus, vigiliae Mortis, vita.

Responsio.

Hic respondeo perspicua cum brevitate:
In Privationis alicujus definitione necesse est fieri

fieri mentionem habitus, vel explicitè, vel implicitè. Interdum enim Causa vel actio, quæ habitus propria est, loco ipsius habitus adhibetur. Sic sensationes pro vigiliis: quia sensatio est effectio vigiliarum propria. Calidum & humidum pro vita seu habitu viventis sumuntur: quia in calido & humido vita consistit.

Suspicaris fortè, Habitum & privationem Objectio,
esse relata, ex eo, quod dicimus, privans sine
habitū definiri non posse. Resp. Id tūm de-
mum recte colligi, si etiam habitus non pos-
set definiri, nisi facta mentione privationis.
Relatorum enim natura est, ut se mutuò seu
vicissim definiant. Jam verò habitum non
definiri per remotionem privationis, osten-
dunt lucis, vigiliarum, vitæ, visus definitio-
nes.

Ais: Omnidè contrariis alterum reliqui Object,
(injustitia justitiae, inhumanitas humanita-
tis) privatio est, teste Aristotele. Sed privatio-
nes illæ non definiuntur per habituum suo-
rum remotionem. Ergo non necesse est pri-
vativa nomina per habitus describi. Respon.
Istic privationis vocem sumi significatione
latiore, ut etiam rei positivæ, cui quædam sé-
gnsis conjuncta est, conveniat. Hic verò cùm
privationem reliquis contrariis opponimus,
accipitur maximè propriè & specialiter, pro
Respon.

N S eo

eo quod merè privat. Instas : IN esse notam privantium propriè dictorum. Itaque inhumānum, inustum, esse propriè privantia. Respon. Antecedens non est *κατὰ τὰ πάντας*. Nam immortale idem est quod non mortale. Inhumānitas interdum respicit rem, in qua humānitas inesse potest per naturam : & tūm privantibus accensetur : Interdum ad detractionem humanitatis addit qualitatem seu habitum vitiosum, vel certè actionem, quæ nuncupatur feritas & crudelitas : Et ita est in Adversis. Indignitas non absolutè privationem dignitatis significat : sed dignè facto adversum factum. Sed manum, quod ajunt, de tabula.

P R O B L E M A LXX.

An Contradicentia sint argumenta Logica?

Concl. affirmatè.

UT usus , quia aliquando incertus est aē pravus, ad doctrinę normam exigitur, & certis legibus castigatur, quæ arte constituuntur : sic contrā usus certus, perpetuus, approbatus à populo ac eruditus , & naturæ consentaneus artem genuit : Idemque tanquam optimus censor, si quid in artem irreperitur à se alienum , castigat vel tollit p̄orsus. Quorsum enim attinet doctrinæ p̄ceptivè ali-

alicujus canticulam in Scholæ duntaxat
umbraculis resonare: à communi verò eru-
ditorum usu abhorre, in publicæ vitæ thea-
tro non usurpari? Quocirca si contradicen-
tium tanquam argumentorum nullus usus
ostendi, nullum exemplum proferri potest,
ut quidam disputant: rectè iidem contradic-
centia è censu & numero argumentorum
prorsus ejiciunt. Quid verò si ego & ratio-
nes & exempla nonnulla proba, utpote ex
lectissimis auctoriis, tūm veteribus, tūm
recentioribus de promta, adversus illos attu-
lero? æquiores, credo, futuri sunt Contradi-
centibus, suumq; his locum inter argumen-
ta Inventionis relinquunt. Hi enim, quibus-
cum dispiro, cum veritatis studio omnia ad
obrussam exigant, ita sunt (nisi longè mea o-
pinione fallor) animati, ut: ἐπὶ τῷ οὐτείᾳ τὸς δῆμος Arist. t. libr.
δέιας ἡ τὰ οἰνεῖα ἀριστεῖν, hoc est, ad veritatis Nicom. Eth.
præsidium atq; conservationem etiam pro-
priæ sententias delere malint, quām in erro-
re obfirmatè permanere. Primum igitur di-
co, Omnem propositionem constare è sim-
plicibus notionibus tanquam elemētis. Pro-
positiones sunt, Ens non est simul non Ens.
Qui erat non hæres, factus est hæres. Cōstant
igitur è notionibus simplicibus: Hæ sunt Ens
& non ens: hæres & non hæres. Harū autem
notionum cūm una sit affirmata, altera actu

expresseq; negata, contradicentes erunt. Est igitur contradictionem quædam inventionis.

Obiect.

Sed contra Minorem objicitur: Infinita nomina & verba, ut non homo, non sedere, & infinita enunciata, quæ enunciant quid indeterminatum voce cum negatione proflata, inania sophistarum figmenta, proflusq; insolentia esse, & in nullo usu: ideoq; nec Logica. Hic respondeo: Imò aliquis & sàpe pernecessarius eorum usus est in sermonibus & disputationibus eruditis. Theologi enim, praeunte voce sacrarum literarum, ita loquuntur: Quod fuit non ens, nunc est ens Dei vocatione, iussu & creatione. Judaicus populus fuit Dei populus: nunc est non Dei populus. Ex 1. Petr. 2. Qui quondam eratis non populus, nunc estis populus Dei. Non potuit à bono Deo homo creari non bonus.

In commo-
ne fact. con-
fid. pag. 88In avaro dñ
Cardinalis.
Cameracen-
sis,In Acad.
quæst. lib. I.

Adde his ista quoque Ursin. Corpus non est simul non corpus. Finitum non est simul non finitum. J. Gryn. Corpus expers quantitatis, est non corpus. Bus. Caro non recte dicitur non caro. Si verbum Dei affirmat aliquid, falsum est non affirmare. Hæ propositiones sunt infinitæ, non ineptæ. Quid verò philosophi & oratores? nullisne proflus adiutorios, id est, infinitis verbis & enunciationibus utuntur? Imò utuntur. Cicero. Nec verò aut quod efficeret aliquid, aut quod efficeretur, posse

posse esse *non corpus*. Idem : An potest quis- In paradox.
 quam in abundantia bonorum ipse esse *non*
bonus? Idem : Corporis quædam partes aspi- In officiis.
 ciuntur non decorè. Item : Dicitur non ob-
 scenè. Claud. Alberius: Animæ ex non cor- In Ors. Apo-
 pore suo fabricat sibi proprium corpus. Jul. surrest.
 Scaliger : Cœlum potest è sua natura *non esse*. Exer. 1. sect. 5.
 Sic Latini : Hoc sine peccato potest non fie-
 ti. Æneas potuit non vincere. Iterum Scalig. Exer. 294.
 Quodcunq; præter rectum est, non est Dei, sect. 3.
 sed *non Dei*. Sic recte dicitur : Si hoc potest
 non fieri, falsum est non posse non fieri, id
 est, si hoc sit non necessariò, falsum est neces-
 sariò fieri.

Nec est, quodd hic objiciatur: eodem reci- 2. Object.
 deré, sive particula, *NON*, præponatur sive
 postponatur verbo: & illud potius, cùm mol-
 lius sonet, quam faciendum. Quantu-
 lum differunt: Est vir non malus: &, Non est
 vir malus? Respon. 1. Etsi demus alicubi με- Respon.
 ταθετιν voculæ *NON*, non mutare orationis
 sententiam, (Sic sancti iουωνατην sint: Non
 peccat homo necessariò, & peccat non ne-
 cessariò:) Tamen nemo, opinor, dicere au-
 debit, hæc idem valere: Æneas non potuit
 vincere Turnum, quæ negativa falsa est. Æ-
 neas potuit non vincere, quæ affirmativa ve-
 ra est. Annón hæc falsa est: Quod ἀδιάφορο
 est, ut cōfessio peccatorum priyata, sine pec-
 cato

cato non potest fieri. Ista vero vera : Quod
ādīάφοεν est, sine peccato potest non fieri ? 2.
Cum Philosophus distinguitur à Sophista,
ut illius objectum sit Ens, hujus verò nō Ens,
an non potius dicetur, verbi gratia: Terra est
ens, Cerberus est non ens, quām Cerberus
non est ens ? Julius Scalig. hanc tractans quæ-
stionē (ea enim est inscriptio) An Dei omni-
potentia agere possit in non ens: videtur, in-
quit, omnipotentia Dei agere in non ens,
quando facit ut sit ens: ànnon convenientius
quæstioni & instituto suo loquitur, quām si
diceret: Omnipotentia Dei non agit in ens,
quando facit ut sit ens ? Thesis sit: Nuspiam
legitur in sacris literis affirmari, creatos esse
angelos. Huic opponitur ista: Si sacræ literæ
affirmant alicubi creationem angelorum:
falsum esse non affirmare. Non vero ista: Si
sacræ literæ affirmant creationem angelo-
rum, non est falsum affirmare. Prior enim
maximè accommodata est ad principium il-
lud principiorum summum, regulam con-
tradictionis: (quanquam ea de contradicto-

In Philos. 4. riis complexis intelligenda est:) Quodlibet
Affist. affirmat aut negat verum: seu contradictionis
ambæ partes veræ esse non possunt. Scali-
ger doct̄e ait: Planta, quoad planta est, nun-
quam erit non planta. Melius id quidem quām
istud: Planta, quoad planta est, nunquam non
erit

Exerc. 140.

erit planta.3. Aristoteles lib.2. Analyt. post. Si definitio tantum declararet definitionem non minis, esset etiam non substantiarum, id est, eorum quae nullam habent essentiam, hoc est, non entium, ut interpretatur Zabarella. An non hoc longe est aliud, quam si diceret: Non esset etiam substantiarum?

Quæritur à Physicis: An mutatio possit esse in non Tempore? Si respondeat aliquis, potest esse in non tempore, hoc aliud est, quam si responderetur: Nō potest esse in tempore.

4. Præterea sententiâ parum differant, vel redeant sancè eodem: Deus vult hoc non fieri, & Deus hoc non vult fieri: (quoniam diversum aliquando habent sensum, ut: Deus vult hoc non fieri, id est, agit hoc ne fiat. Et: Deus non vult hoc fieri, id est, non approbat quod hoc fit.) Sol est corpus non videns, & Sol non est corpus videns. Tamen prima & tertia propositiones sunt affirmatae: iecûda & quarta negatae. Et fieri & non fieri, videre & non videre, nihilominus sunt contradictiones: non quidem ut *κατάφασις* & *ἀπόφασις*, id est, ut affirmatio & negatio, hoc est, ut oratio affirmans aut negans: (Hæc enim *συνδέσμοις* & *διαρέσεως* sunt, seu Enunciatorum:) sed ut res sub illam affirmationem & negationem cadentes, significatae terminis affirmativis & negativis, ita ut si dicas: Falsum est Solem

Solem videre, cùm non videat: vel corpus esse videns, cùm sit corpus non videns: (ubi cæcum dicere non licet,) ratio illa sit è Contradicentibus, non ex Adversis.

3. Object.

Quid audio? inquit aliquis, Affirmativa tibi hæc est: Deus vult hoc fieri. Negativa: Deus non vult hoc fieri. Altera igitur alteri contradicit. At non hoc (Sic non est inter has contradictiones: Hic vir est non malus, & hic vir non est malus: consentiunt enim) Ergo nec illud.

Resp. Fallax est coninexum. Hæc enim contradicunt opponiuntur: Deus vult hoc fieri, & Deus non vult hoc fieri. Item: Deus vult hoc non fieri; & Deus non vult hoc non fieri. Item: Deus vult hoc fieri, & Deus vult hoc non fieri. Hic vir est malus, & hic vir non est malus. Hic vir est malus, & hic vir est non malus. Hic vir est non malus, & hic vir non est non malus. Non autem est contradictione inter has: Hic vir est non malus, & hic vir non est malus. Consentiunt enim. Et licet in posteriore vinculum seu copula negatur: per prædicatum tamen mutilatur, posito Malus pro Non malus.

s: Non concedo simpliciter, duras esse orationes infinitas. Satis enim molles sunt, cùm negatio additur adjectivis nominalibus vel adverbialibus: quanquam nec semper, cùm

Non certè
quævis ne-
gativa cuivis
affirmativa:
contradicit.

Consentient
affirmari nō
malum, id
est, bonum:
& negari ma-
lum, præpo-
sita negandi
particula.

cum substantivo aut verbo adjicitur, duræ sunt.

Nec sequitur: Orationes infinitæ sunt ratiocinatores quām finitæ: Ergo rejiciendæ sunt. Ratiocinii saepe occurrant: (quām exempla sat multis multa adduximus) Logicæ tamen esse non desinunt. Quædam figura Rhetorica rariores, quam secundæ aut primæ figuræ: nec tamen illi est cunctate logica exterminari debent.

Nec enervat sententiam nostram hoc: Affirmatio & negatio sunt affectiones solius enunciati. Ergo nulla res, nullū verbum, nullus conceptus animi simplex, est affirmatus aut negatus. Antecedens enim tantum verum est de affirmatione & negatione ea, quæ est asseveratio & inficiatio (Hæc Aristoteli est *πρόδειξις* & *διαιρέσις*: compositio & distractio.) Et non tollitur simplicium notionum affirmatio & negatio, quam si etiam Quasi affirmationem, & Tanquam negationem dicere malis, non admodum repugnaverim. Nec quicquam virium habet istud: Non potest intelligi contradicatio, nec usum habet, nisi in enunciato. Ergo simplicia non sunt contradicentia. Respon. Nam ut species actus non arguit, nisi cum genere dispositum, ut: Homo est animal: Et tamen species dicitur

4. Object.

Réponsio.

Ad ea aggredi-

ga & hoc Scra-

ligat. 5. Si

existeret va-

cuum, ens

esse non est:

unum, unum:

pars non est

pars pars.

non pars.

O

argut

argumentum, quod sit aliquid περικός ad arguendum: Ita contradictoria sunt argumenta, cum suāpīr̄ arguendi habeant, et si actu non arguant, nisi in dispositione axiomatica. Et sicut Metaphora licet extra συμπλοκὴν ὀρομάτων, seu complexum orationis non intelligitur: tamen in verbo est singulari, & tropus. Sic et si contradictionem in sola enunciacione intelligi & usurpari demus: ideo tamen ea simplicibus detrahi non debet, ut quae in analysi manifeste cernatur.

7. Object.

Quid si objiciatur tautologia in ejusmodi propositionibus & ratiocinationibus, quae e contradictionibus membris constant? Si verbum Dei affirmat, falsum est non affirmare. Si cœlum beatorum est ens, non est non ens. Quid hic aliud dicitur, quam: Si verbum Dei affirmat, affirmat. Sic cœlum beatorū est ens, est ens? Assumitur. At verbum Dei affirmat: At cœlum beatorum est ens. Concluditur: Ergo verbum Dei affirmat: Ergo cœlum beatorum est ens. En Sophisticam nugationem, & principii petitionem.

Respons.

Resp. Ita quidem argumentari est nugari: sed propositiones allatae non sunt orationes nugaces. Non igitur inferuntur tales conclusiones. Propositiones hoc dicunt: Si verbum Dei affirmat, falsum est quod tu dicis, simul non affirmare. Contradictoria enim simul

vera

teria esse non possunt. At verbum Dei hoc affirmat. Ergo falsum, quod tu dicas, non affirmare. Vel propositiones hoc volunt: Fieri non potest, ut duæ contradictoriæ sint simul eræ. Ut: Si corpus Domini est finitum, essentia circumscriptio, seu circumscriptum sentiæ suæ finibus: falsum est, simul non ita circumscriptum esse. At primum. Secundum ergo. Præterea revera affirmare, & falsum esse, quod tu dicas non affirmare, convenient quidem Re, sed Ratione tamen differe-
 sunt: unde mutua & reciproca est horum il-
 atio & consecutio. Si enim falsum est, quod
 dicas non affirmare: ergo re vera affirmat. Et
 i re vera affirmat: fallum est, quod tu dicas
 non affirmare. Sed ecce infinitarum vocum
 & propositionum, quas vocant, usum evi-
 dentem ostendo in distributionibus, ubi illis
 nonnunquam uti cogit necessitas, cum affir-
 matis destituimur. Sic corpus alicubi nece-
 ssariò dividitur in Naturale & non naturale:
 Aliquid est in tempore: aliquid in non tem-
 pore. De quo disputatur, id est aut ens, aut
 non ens. Ad extremum: Etsi auctoritas ma-
 lum sape præjudicium, Platone teste: non
 tamen negligenda est, cum certa ratione ini-
 nititur. Itaque Aristotelis lycéum pro nobis
 adducimus. Aristoteles in iis quæ sequun-
 tur categorias: Ut affirmatio & negatio

sie definit,
 rum & defini-
 tio non re-
 led ratione
 differunt.

Animæ est
 rationale vel
 irrationalis, le-
 id est, non
 rationale.

inter se contrariæ sunt, velut Sedet & non sedet: sic res quæ utroque eorum continentur, ut sedere & non sedere, contrario opponuntur nomine. Hic locus nō obscurè dupliciti oppositionem suppeditat. Sententia enim hæc est: Ut affirmatio (hoc est, affirmans orationem) se habet ad negationem (id est, negantem orationem) verbi gratia, homo sedet, homo non sedet: sic & res, quæ affirmationibus & negationibus his enunciantur, opponuntur, ut sedere, non sedere. Itaq; duo genera contradicentium sunt: Unum extra intellectum, ipsorum $\pi\epsilon\gamma\mu\alpha\tau\omegaν$, id est, ipsatum rerum. Alterum intra intellectum, videlicet enunciationum ipsorum $\pi\epsilon\gamma\mu\alpha\tau\omegaν$. Sic Ursin. in explicatione opposit. Opposita contradictoria alia sunt incomplexa, seu in rebus, nimirum termini affirmativi, qui non habent præpositam negationē: & negativi, qui habent negationē præpositam, ut sedens, non sedens. Alia sunt complexa, seu in oratione, nimirū propositiones, idem de eodem affirmantes & negantes, ut: Plato sedet: Plato non sedet. Res autem seu termini simplices dicuntur contradictoriè opponi, quia secundum affirmationē & negationē opponuntur. Sic Philip. Melanch. lib. 2. Dialec. de Oppos. Monendi sunt discentes: Aliam esse simplicium, seu rerum oppositionem, ut caloris & frigoris,

Schegk. &
Plan. in ex-
plic. oppos.

tis, lucis & tenebrarum : de qua oppositione
hic (id est, in doctrina enunciatorum) non
dicitur, sed in locis præcepta de ea traduntur.
Alia est propositionum oppositio. Fiat syllo-
gismus. Oppositio est alia simplicium, seu re-
rum, alia propositionum, ait Philippus. Con-
tradictio est oppositio, ait Philippus. Nam
cùm in postprædicamentis, tùm in locis facit
oppositorum quatuor species : Opposita cō-
trariè, relativè, privativè, contradictoriè. Er-
go contradictio alia est simplicium seu re-
rum, alia propositionū. Quòd igitur in post- solutio
prædicamentis idem Melanchthon contra- cōsiderat,
dictionem singularū rerum, aut simplici- id est, instan-
um vocum esse negat, id ^{κατά} n intelligen- tiaz.
dum est (alioqui enim à contradictione non
posset vindicari , nec profiteretur ξύμφωνα 7. de Rep.
αὐτὰ αὐτοῖς , ut cum Platone loquar.) Nam
nūsum vocis frequentiorem respicit , & judi-
cium de contradictoriis , non nisi enuncia-
tivè fieri innuit. Quod si quis ajat, omnino
Melancht. sensisse oppositionem simplicium
esse tantū triplicem : Adversorum, relato-
rum, privantium : contradictionem vērō esse
duntaxat Enunciatorum: dicimus, ὅσιον τελέσθαι. Sanctorum est
μητρὸν ἀγνόησαν, & auctoritati prævalere de- pluris facere
bere δρόση λόγον, veram & constantē rationem, veritatem,
qua in inventis & traditis animæ est ancora; quam aucto-
ritatem.
sententiam deniq; illam à mente Aristotelis

O ; esse

esse alienam. Cum enim Aristoteles in praedicamentis non agat de enuntiationibus seu conjunctis, sed de incomplexis: à ratione est dissentaneum, eum in postprædicamentis, quæ appendix sunt categoriarum, explicationem quorundam simplicium terminorum continens, de contradictoriis enuntiationibus agere. Ut igitur tandem finis huic disputationi imponatur: cum Peripateticis contradictorie opposita alia facimus πλεγμένα, tenui sententia: Alia incomplexa, seu in rebus: nec adibet, id est, infinita enunciata, seu affirmata ἀναπτύσσεται, ut: Judæi sunt ex numero non sanctorum, non renatorū, calidiore judicio è Logica proflus tellamus. Qui aliter sentiunt, primum expendant nostra, deinde afferant rationes suas, si possunt, meliores. Διατηνοῦ (arbitri) enim potius quam ἀντίδικοι (adversarii) esse debet, qui diligenter quod verum est judicando inquirunt, ut Aristoteles graviter ac sapienter monet.

*Ideū, complexa, hoc est
in oratione
āntecīa.*

*Contradi-
ctio est tūm
venītum,
enunciata.*

*Lib. I. de cō-
tradicione.*

PROBLEMA LXXI.

*An Contradicentia sunt: Non esse, & Mis-
sum esse?*

Affirmo,

*A*T TICUS i. Tusc. Cie. faretur, se in contradictionem incidisse, eo ipso, quod af-

firma-

firmarit mortuos esse miserōs, quos ex Epicuri secta opinetur non esse. Esse & non esse, non obscuram p̄r se ferunt contradictionem. Et ē verō, & non esse miserūm, an contradicant, quāri potest? Nam contradicentes termini sunt iidem, sed ita, ut alteri solum particula simpliciter negans sit p̄posita, ut: Miserum esse, & non miserum esse. Non verō sunt prorsus eadem voces: Non esse: & non esse miserum. Non igitur videntur esse ~~et non esse~~.

Respondeo hīc per distinctionem: Contradictio est vel directa, apertior, explicita, quae fit expressè, primō, & immediate: ut, Esse & non esse: vel Indirecta, occultior, implicata, quae fit ~~etiam~~, seu quadam consequentia. Posterioris ~~argumentis~~ sunt: Mortuos non esse, & tamen mortuos miserōs esse. Si enim (ita judicat Cicero) mortui non sunt, ut opinariſ Attice; & tamen tuo iudicio sunt miserī: sequetur mortuos esse, & non esse: hoc est: Dicere miserōs eos, qui omnino nulli esse putantur, id implicat contradictionem, quae est horribile mendacium. Sic explicata contradictio est: Corpus est quantum, & nō quantum. Implicita verō est: Corpus est quantum, & nō est in certo Ubi. Corpori enim proprium est, continuum, partibusq; aliis: si is comprehensum esse, ut de

Per consequentiam importat.

singulis dici possit. Ubi sit. Dicis, hoc corpus est finitum, & tamen ubique ~~est~~ ^{est} scilicet. At inquam ego: Contradiccio haec est: Etsi enim in his non sit contradicatio manifesta: tamen possitis his ipsis simul, contradicatio necessariò & per se sequitur. Talis est & haec quorundam, qui inexpiabiles religiones in Ecclesiam induxerunt: Christū vera quidem carne præditum, sed creaturam non esse. Siquidem omnis caro, quatenus caro, quantumvis gloriosissima, natura & creatura est. Hujusmodi est Contradiccio quę in Adjecto dicitur, cùm attributum vel determinatio & appendix ejus repugnat naturae subjecti: ut, asinus est animal docile. Hoc enim dicitur: Asinus est animal, quod est non asinus. Si quis dicat, lucem nobis adesse, sed tenebricoso modo; tenebras adesse lucido modo: calorem adesse frigido modo: frigus adesse, sed calido modo: Nihil ille aliud dicit, quam lucem non esse lucem, tenebras non esse tenebras: & ita manifestam repugnantiam, ac impossibilem contradictionem asserit.

P R O B L E M A LXXII.

An verum & falsum sint termini contradictentes?

CONTRADICENTIUM alterum negativum nomen esse oportet. Itaq; verum & non

& non verum, falsum & non falsum habeo in contradicentibus : Verum vero & falsum in adversis : et si Scaligero haec sint contradictiones. In mentem mihi hic venit argumenti aliquando publicè objecti : Sentire & non sentire sunt contradictentes termini, Homo sentit, lapis non sentit. Ergo homo & lapis sunt contradictentes termini. Itaque uterque hic potest esse affirmatus. Ad quod respondendum : Sentire & non sentire non esse contradictiones, nisi de una & eadem redicantur. Id autem hic non fieri, cum in assumptione sentire de homine, non sentire de lapide dicatur,

PROBLEMA LXXIII.

An ens & non ens sint contradictiones? Ubi & qualiter incidit? An contradictionem de scriptio bona sit?

RATIO dubitationis haec est: 1. Contradicentium alterum negat ubique, ut: non homo dicitur & de leone, & de omnibus rebus (praterquam de homine.) Nunc non ens non negat ubique. Non enim dicitur de leone. Ergo ens & non ens non sunt contradictiones. 2. Infinitum nomen de iis quae sunt, & de iis quae non sunt vere affirmatur. In ajetibus & simpliciter negantibus negans idem est quod nomen infinitum. Ergo hic negans tam de rebus veris, quam de iis, quae verae

O s non

non sunt, verè affirmatur. Non ens autem verè non affirmatur de leone. Dico quidem: Cerberus est non ens, sed non: leo est non ens. Ergo non ens non est negativum entis, ut positivi nominis; vel certè definitio contradicentium (sunt contraria negantia, quorum alterum negat ubique) laborabit vitio. Resp. Contradicentium alterū negat ubiq; seu significat negationem in omni omnino subiecto; sive hoc vera res sit, sive vera res non sit: ut non videns significat negationem ^{Hæc propriè sunt nomina in quo cunque subiecto, sive sit vere ens, sive infinita.} non. Excipitur non ens, quod non dicitur de iis quæ sunt, sed significat negationem simplicem in omnibus subiectis nō enti, ut Chimæræ, Cerbero, Utopiæ, &c. & ita negat ubiq; restrictè seu limitatè, seu ~~negatū~~ n. Ergo, inquires, non ens privatio est. Ea enim significat negationem alicujus in subiecto certo & definito. Respon. Discrimen hīc esse manifestum. Non ens negativum est seu contradictens, non infinitum propriè. Cæcum enim ita significat negationē in determinato subiecto, ut animali tantùm tribuatur, non omnibus entibus: privatum vita tribuitur entibus vitae capacibus. Non ens verò non cuidam seu certo generi non entium, sed omnibus omnino non entibus tribuitur: ut, non videns, non vivens. Ex his patet, quod ad secunda

cundæ objectionis solutionem attinet, Infinitum nomen aliquantò latius patere, quam contradicens seu negativum simpliciter: seu hæc idem prorsus valere, si excipias non ens, & si quid huic æquipolleat. Adjicio *παρεξαν-*
κῶς duo Sophismata, velut episodia, quorum solutionem tenere utile est: 1. Chimæra est nomen positivum, cum non significet negationem alicujus. Ergo non est nō ens. 2. Non ens est negativum. Chimæra est non ens. Ergo Chimæra est nomen negativum. Respon-
 deo ad primam: Major quæ omittitur: Quic-
 quid est nomen positivum, non est non ens,
 falsa est. Nomine enim positivo significari
 potest non ens; sicut nomine negativo &
 infinito ens, ut: non homo potest esse asinus.
 Deinde, ut non valet: Cerberus est generis
 masculini. Ergo Cerberus est. Est enim falla-
 cia ambigui, vel figuræ dictionis. Ita nec illud
 valet. Responsio ad secundam est: 1. Propo-
 sitio vera est de communi illo, Non ens; non
 de subjectis exemplis. Sic adversa relata sunt.
 Adversum enim adversi adversum est. Sed
 virtus & virtus, quæ adversorum exem-
 plum sunt, non sunt relatae propriè dicta.
 2. Ratiocinatio similis est his: 1. Ens est ge-
 neris neutrius. Homo est ens. Ergo homo est
 generis neutrius. 2. Non ens duas dictiones
 sunt. Utopia est non ens. Ergo Utopia duas
 dictiones

Fallacia ex
 cryptsei pro-
 positionis,

ditiones sunt. Sophismata sunt nata ex homonymia seu ambiguitate vocis mediorum terminorum. Non ens & ens accipiuntur in propositione materialiter, seu pro ipsis distinctionibus. In assumptione significative, seu pro re significata. latius haec non persequor: sed tamē ex antegressis quæstionem moveo quæ sequitur.

PROBLEMA LXXIII.

An valet consecutio: Chimæra est nomen positivum seu affirmatum. Ergo Chimæra est.

RESPONDEO: valet, si utrobiq; Chimæra accipitur pro vocabulo. Si verò in consequente accipiatur pro re ipsa, non valet. Nam primò ita mutatur significatio termini, & committitur Elenchus ambigui. Secundò, ut in Scholis loquuntur: Ab Est tertii adjecti (seu à conjunctis) ad Est secundi adjecti (seu ad divisa separatáve) non valet consecutio, si alterum prædicatum de subiecto prædicetur per accidens, id est, per alterum cui appositum est, non per seipsum, auctore Jacobo Zabarelli. ut, si quis dicat: Homerus est Poëta; non licet separatim inferre: Ergo Homerus est: quia verbum, Est, non prædicabatur de Homero per seipsum, & ratione sui, sed per Poëtam. Non enim dicebatur Homerus esse, sed esse Poëta. Ita verbum,

bum, Est, non prædicatur illic de Chimæra per seipsum, & ratione sui, sed per nomen positivum. Non enim dicitur Chimæra esse, sed esse nomen positivum. Quod verò in antecedente Est non significatur illa res quæ de Homero vel Chimæra prædicetur; sed sola copulatio Poëta cum Homero, vel nominis positivi cum Chimæra. In consequente verò, Est, recipit aliud sensum, quem priùs non habebat. Significat enim existentiam ut rem quandam, ut ait Zabarella: ea causa nulla est, cur consequentia in his exemplis non valeat. Si enī propter hunc diversum significandi modum non valeret; non liceret sic inferre, seu pari ratione non valeret hoc quoq; : Paries est albus. Ergo paries est. Deus est beatus. Ergo Deus est.

PROBLEMA LXXV.

An utrumq; contradicentium possit esse negans?

CERTUM est, omne contradicens ab ali-
qua re separari per oppositionem nega-
tionis, ut loquitur Cicero (qui tamen
pro Contradicente, vocem Disparat. usut-
pat) ut sapere & non sapere. Sed obstat videtur unum exemplum: Nihil, nō nihil. Hæc
contradicentia sunt; & tamen utraq; vox est
negata. Respondebis: Sensu Non nihil esse
affirmatum, & idem declarare quod Aliquid.

Dux

Duae enim negationes faciunt affirmatiō-
nem: Et nihil idem esse quod Non aliquid,
seu non ens. Particula autem, **N O N**, voci Ni-
hil implicita est. Est enim nihil dictum per
apocopen, pro nihilum, quod est non hilum,
vel ne hilum quidem.

PROBLEMA LXXVI.

An Relata sint Opposita?

Distinguitur.

RE LAT A modū sunt & considerantur ut
consentanea: modū ut dissentanea ar-
gumenta. 1. Respectu naturæ illorum di-
stinctæ est inter ea oppositio: Respectu verò
dependentia, & affectionis mutuæ, cognatio
& consensio. 2. Respectu ejusdem sub-
jecti sunt opposita: ut Gulielmus pater, i-
demq; filius. Respectu diversorum subje-
ctorum, quibus adhæret mutuus respectus
essentialis, non sunt opposita: ut, Gulielmus
pater, & Mauritius filius. Pluribus hoc non
persequor, memor illius: Sufficiunt tria ver-
ba in re facili: brevis esto.

PROBLEMA LXXVII.

An Relata sint simul Natura?

Distinguitur.

R E S P.

REGLA vera est: Perpetua est τῶν ἀρχέων πονητική, hoc est, conjunctio. Sic res signata conjuncta est cum signo. Sic conjunctio est inter verbum significans, & inter res per verbum significatas. Sic est unio cum rebus Sacramentorum sacramentalis, seu in mystica quadam sacraq; relatione consistens. Verum & hoc: Relatorum essentiam mutuam esse, ita ut se mutuò & vicissim definit. Verum objicitur 1. Quicquid est αὐτα φύεται, simul natura cum alio, est etiam αὐτα χρόνῳ simul tempore. Scibile non est simul tempore cum scientia: nec sensile est simul tempore cum sensu. Res enim scibiles longè antè fuerunt, quam acquireretur earum scientia: & sensile est antequam sentiatur. Ergo scibile & scientia, sensile & sensus, non sunt simul natura. Sunt autem scibile & scientia relata: ut sensile & sensus. Ergo non omnium relatorum est, ut ita dicam, coëxistentia. 2. Illud quo ablato alio auferuntur, & ablatis iis non aufertur, est priùs naturā quam illa. Scibili ablato, aufertur scientia: & ablata scientia, non aufertur scibile: Sic sensili ablata, aufertur sensus: & ablato sensu, non aufertur sensile. Ergo sensile & sensus, scibile & scientia, non sunt simul natura: et si sint relata.

Respondeo primū ad primi syllogismi mi-

Simul natura esse, est altero posito alterum posse: altero ablatu alterum auferrari.

minorem per inficiationem: Scibile & scientia, ut sensile & sensus, sunt simul tempore, dummodo utrumq; utrobiique eodem modo sumatur, id est, vel utrumq; actu, vel utrumq; potentia: non vero alterum actu, alterum potentia, ut in objectionibus sumptum est. Deinde ad utrumq; Syllogismum per distinctionem: Duplicia sunt relata, i. vere & perfecte relata, quae se mutua relationis affectione complectuntur. Haec sunt simul natura, & necessariò se vicissim definiunt, ac sunt mutuae sibi causa. 2. Relata sunt communiter & minus propriè; seu similitudine quadam appellata. He sine mutua relatione definiri possunt, alterumq; est altero natura prius: ut cum vulgo dicitur: Scientia esse alicujus scibilis, impropria relatione utimur, quia scientia sine relato definiri potest. Utrique autem cùtetur ~~et~~ generi convenit, dici ea quae reciprocantur, seu reciprocari, ut: Dominus est servi dominus:

& servus domini servus. Scientia est scibilis rei scientia: & scibile est scientiam scibile. Sensus est rei sensibilis sensus: & sensibile est sensu sensibile. Ala alati ala: & alatum est ala alatum. Posterioris generis sunt *πίσις* fides, & *πίστη* credibile, seu illud quod sub fidem cadit: haec reciprocè quidem & retro vicissim referuntur: sed τὸ πίστην, nempe verbū Dei, ut causa, & tanquam mensura fidei, prius natura est

Quād pīsis.

Por-

Porrò non videtur proprium relatorum esse simul natura. Species enim ejusdem generis sunt simul natura, ait Aristoteles: volatile aquatili & gradienti è regione respondet sub genere animalis. Volatile igitur, aquatilē & gradiens sunt simul natura. Hic respōdeo: Bestia & homo sub animali sunt simul naturas. Simul natura dupliciter accipi. Primum dicuntur esse simul natura, quorum alterum non est prius aut posterius altero notitiā. Sic simul sunt natura (hoc est, à quæ notæ) species oppositæ sub eodem genere: et si interim sit differentia ordinis, ut hanc speciem illi in arte præponas vel postponas. Secundò simul natura sunt, quæ propterea mutuæ sunt essentiæ & mutuæ sibi causæ. Sic oppositæ species non sunt simul natura, sed exquisitè relatorum hæc est proprietas.

PROBLEMA LXXVIII.

An omnia Relata ratione & Redissentiant?

RE L A T A et si nomine nullam præ se ferant dissensionem, sed potius concordiam: qualitate tamen efficiunt opposita: Itaq; non sola ratione; sed etiam realiter differunt, ut in rem eandem non cadant, nec alterum de altero propriè prædicetur, ut: Signum gratiæ propriè non est ipsa gratia. Difficile hic occurrit arnitatio. Definitio & defini-

P hitum

Objectio:

Bestia & homo sub animali sunt simul naturas. Responsi:

nitum sunt ἀειθυῖ & τὸ θέτον, seu re ipsa unum:
 tantum λόγῳ discernuntur. Definitio & defi-
 nitum sunt relata. Definitum enim definitio-
 ne explicatur. Et definitio est explicatio defi-
 niti. Ergo quædam relata sunt unum re ipsa,
 & tantum ratione differunt. Majorem decla-
 ro. Quid aliud est homo quam animal ratio-
 nale? & quid animal rationale aliud est quam
 homo? Hujus λόγου hæc tenenda est. Resp. I.
 ad major. Definitio & definitum, quatenus
 sunt amica inter se & consentanea, seu mu-
 tua affectio spectatur, ratione tantum diffe-
 rent, ut pater, & is qui habet filium. Quate-
 nus dissensio inter ea spectatur, re non sunt
 ταῦλοι. Nam definitio nunquam est definitum,
 & definitum nunquam est definitio. Deinde
 distingo in questione vel conclusione. Re-
 lata quæ tantum sunt amica, non vero con-
 trarie opposita, differunt tantum ratione, ut
 exempla definitorum & definitionum, ut
 Dominus & persona habens servum. Domi-
 nus enim est persona habens servum. Quæ
 vero ita ad aliquid affecta sunt, ut diversi sub-
 jecti respectu opponantur, hoc est, relata
 contraria, differunt & dissentient re, ut Do-
 minus & servus. Dominus enim non est ser-
 vus, nec servus est Dominus.

PROBLEMA LXXIX.

Utrum dare & accipere sunt Relata?

Affirmatur

CUM in Ethicorum Aristotelis explicatione docuimus, Liberalitatem tecni
 ἐν δόσι καὶ λήψει, quanquam magis in δόσει:
 quæstum à me est, Dare & Accipere relatane
 essent adversa? Hic quærens judicare sibi
 videbatur εὐσόχως, esse in adversè contrariis
 habenda. Mihi verò placebat, elle actiones
 correlatas. Ad probandum, non esse dare &
 accipere relatè opposita, adhibebat ille hoc
 οὐτικέναι. Relatè opposita non possunt esse
 simul. Dare & Accipere in eodem subjecto objectionis
 possunt consistere: quia eandem rem nume
 ro possum & dare alii, & accipere ab alio.
 Ergo Dare & accipere non sunt relativè op
 posita. Reponsum est ad propositionem: solutionis
 Relatè opposita non possunt esse simul eo
 dem tempore, quatenus sunt opposita. Ad as
 sumptum: ut idem præceptum possum disce
 re ab alio, & alium docere, sed diverso tem
 pore: ita etiam idem tibi dare possum, & à te
 accipere. Manent igitur dare & accipere op
 posita. Ad probandum, hæc ipsa non esse argu
mentum, & in iis quæ necessariò cū aliquo con
 feruntur, seu quorum vis omnis & natura in
 eo posita est, ut ad aliquid affecta sint, hoc
 non nihil roboris habere videbatur. Relata objectionis

P 2 sunt

sunt simul ordine naturæ, & reciprocantur. Dare autem & accipere non semper sunt simul natura. Quid enim damus, aliquando non accipitur, sed rejicitur, ut: Per infidelitatem donum Dei Verbo vel Sacramento oblatum respuitur, quod fides verè recipit. Ergo.

Responsio. Resp. ad translatum. 1. Ut docere & discere, sic etiam dare & accipere relata sunt. Jam verò fieri potest, ut dum tu doces, discipulus nihil discat, idq; per accidens, quia animo peregrinatur. Eadem ratione fieri potest, ut ego tibi dem, tu verò aversando non accipias. Ut autem nihilominus docere & discere manent relata: sic & dare & accipere. Quod facti est, non tollit quod naturæ, ordinatio-

Per se ~~χειρ~~ his, juris est. 2. Ut actu efficaciterq; docere & inter ha discere: sic & ενεργήτης dare & accipere rebet dare & lata sunt. Et dare significatione κωινωτάτη non à nobis in tantum est offerre & porrigitur, à quo accipere abesse potest: sed communicare cum applicatione & effectu, id est, ita, ut conjuncta sit acceptio. (Itaq; rectè sic infertur: Data est Salvatori omnis potestas in cœlo & in terra. Ergo accepit. Reddidi tibi 10. aureos. Ergo acceperisti.) Sin aureos quos offerot tibi hodie, non vis accipere, perendie dico potius: volui tibi aureos dare; quām, dedit tibi aureos. Porro etiam atq; etiam instans ajebat: interdum etiam nos accipere non datum, ut cum rapi-

mus.

mus aliquid. Itaq; dare & accipere non esse propriè relata. Resp. Dare hic latè fuleq; intelligendum; cùm variis sōs fiat modis. Ut discimus aliquando non acceptum, non docetum ab alio, sed à nobis. Sic accipimus interdum non ab aliis datum: sed quod ipsi nobis damus, sive id fiat justè sive injustè. Ut igitur non valet illatio: Interdum discis non docetum ab alio, puta publico Professore. Ergo discere & docere non sunt propriè relata: Ita nec illud. Sed quomodo unus & idem potest Quæstio.
 esse doctor & discipulus respectu unius? Ego filius non possum esse meus pater; sed habeo alium patrem. Ergo ego discipulus non possum esse meus doctor; sed habeo alium doctorem, ad quem referor. Resp. Possum mihi discenti ipse esse doctor, ut mens potest seipsum intelligere: quia ut intellectus meus dupliciter consideratur, ut faciens & patiens: sic & agit & patitur. Quatenus agit, doctor sum: quatenus recipit, discipulus sum. Ac discere & docere sunt motus voluntarii: possum igitur esse *auto-*
agens; At cùm non etiam *auto-*
rum; Quia natura hoc non admittit. Generatio enim est actio naturalis, qua sit pro- Quæstio.
 ductum à producente re diversum. Sed quomodo intellectus potest pati, cùm sit *impassibilis*, teste Aristotele? Resp. Non patitur intellectus ab objecto suo *κατὰ φθορὰν*, Duob. modis
aliquid pati
dicitur.

Sic Luna pa- secundum interitum, per pessione: sed κατά^{τι}
 ti: pr a Sole, τὸν τελείωσιν καὶ σωτηρίαν, id est, secundum per-
 recipiendo διαμενει, perfectionem & conservationem seu salutem;
 in qua pessione seu receptione alterum
 est potestate, & velut imperfectum, quod
 tamen perfici potest; alterum vero est actus
 & perficiens. Intellectus est potestate res,
 quatenus potest perfici, & recipere aliquid
 intelligibile. Objectum autem perficit eum,
 & in actum intelligendi dedit. Eçquomo-
 do vero idem, ut intellectus, intelligit se-
 ipsum? quomodo idem potest esse intelli-
 gens, & id quod cadit sub intelligentiam, &
 diversum quiddam? Si mens intelligit se ipsam,
 intelliget se quatenus est mens, vel quatenus
 est aliud. Si prius dixeris, omne quod intelli-
 gitur (ut plantæ, lapides) erit intellectus. Sin
 posterius; mens non erit simplex, sed mixta
 & composita, ex eo quod intelligit, & ex eo
 cuius ratione intelligitur. Ergo intellectus
 non intelligit se ipsum. Accedit huc: Si intel-
 lectus sese intelligeret, idem esset agens &
 patiens: quod absurdum. Hic primùm prioris
 partis assumptionis cōsecutio neganda est.
 Quædam enim actu & per se sunt *vontu*, ut
 quæ à materia sunt separata. Quædam vero
 potestate & per accidens sunt *vontu*, id est, in-
 telligibilia, ut ea quæ cum materia sunt con-
 creta; hæc enim non intelliguntur, nisi à ma-
 teria

Objec.

Respon.

teria segregentur. In iis igitur quæ potestate sunt *recepta*, & cum materia sunt conjuncta, ut lapis. idem non est *receptum* objectum, & *vis* seu intellectus ipse. Id verò quod sine materia per se & actu intelligitur, ut intellectus, se ipsum intelligit, & quod intelligit, subiecto non differt ab eo quod intelligitur. Deinde animadvertisendum, ex sententia Alexandri in lib. de anima: Intellectum se ipsum intelligere non per suam essentiam, sed per suam speciem, quatenus est *receptum*, seu ens intelligibile, & species, ut loquuntur, intelligibilis. Sic enim sit ut idem numero sit quod intelligit, & intelligitur; & intellectus non secundum idem sit agens & patiens. Sed de sententia Julii Scaligeri tenendum, Intellectum nostrum non intelligere se per speciem, sicut cætera entia materialia: sed per *Reflexionem*. Hoc, inquit Scaliger, in immaterialibus & facile & semper fit. Sunt enim intellectus actiones duæ: una *Recta*, altera *Reflexa*. Prima quidem cognoscit aliquid. Secunda cognoscit, se & cognoscere & cognoscendi habere potestatem. Qua reflexione se ipsum tametsi nō disjungit, tamen geminat. Neque propterea magis sit agens & patiens, quam sensus sibi sit contrarius, qui simul videt album & nigrum. Atque ita servatur etiam Philosophi auctoritas, qui in tertio de

Intellectus
intelligit se
intelligere,
& intellectu
ssic per refle
xionem.

Anima dicit : Quodcunq; aliquam speciem
suscipere aptum est, id esse oportere omnino
ab illa specie nudum & vacuum. Non enim
sui specie movetur, sed per reflexionem sibi
ipse præsens est intellectus. Sed quid ego hic
in penetralia Lycei Peripatetici ingressus
sum ? Revoco pedem ad id unde dilapsus vi-
deri possum. Statuo dare hoc, & accipere il-
lud : me tibi date, & me accipere à te, non es-
se contraria : Accipere verò hoc idem, & da-
re hoc idem eodem tempore, esse contraria:
Deniq; me dare tibi, & te accipere à me, esse
propriè correlata. Quæ ad postremum si cui
non satisfaciant, quod aliquando dicamur
dare, quæ non recipiuntur, ei per me quidem
dicere licebit, esse relata utlibet seu quoquo
modo. Non enim disporto hoc rigidè, ut ~~διστιν~~
pertinaciter φυλάττομεν. Certiora & veriora
monstrantibus non invitus cedo : cùm non
sim ex iis, qui opinionem semel conceptam
mordicus defendunt.

P R O B L E M A . LXXX,

*Utrum Servus & Dominus sint Relativa Rea-
lia an Rationis?*

Illud potius assertur.

DE Relationibus realibus & Rationa-
libus est dissensio. Alii relationes natu-
rales reales ; Voluntarias verò, & cogi-
tatio-

tatione consilioque institutas, Rationis vocant. Ita pater & filius erunt relata realia. Dominus & servus rationis. Alii vero, quibus ego magis assentior, Realia relata dicunt, quae $\chi\epsilon\sigma\tau\alpha$ inter se habent, non accidente etiam nostra $\chi\pi\tau\alpha\omega\eta\zeta$, seu mentis cogitatione, ut pater & filius, magistratus & subditus, dominus, servus, quae omnia sunt Entia realia, seu aliquid extra intellectum. Relata vero rationis esse dicunt, quorum ordo & $\chi\epsilon\sigma\tau\alpha$ tota pendet a cogitatione nostra, seu ab animo nostro ea inter se conferente, ut, Dextrum & sinistrum in domo & globo sunt relativa rationis. In domo enim vel globo per se nihil dextrum est & sinistrum. Tantum mihi haec pars ad dextram est, alia ad laevam. Sic, ratione nostris tantum, in globo est sursum & deorsum. Scholastici doctores creatorem & creaturam quoque rationis dunt taxat relata esse volunt. Verum cum sua natura, etiamsi non accedat nostra cogitatio, Creator referatur ad creaturam: (re ipsa enim est creator, & creatio est realis:) relata realia aliis videntur. Sic justitia Christi, quae nobis imputatur, est relativa, non secundum rationem, sed realiter. Etsi enim in nobis non inhæreat: tamen est in Christo. Sed Fides qua justificamur, non est inanis cogitatio, nuda speculatio & imaginatio rationis, seu mentis: sed $\iota\pi\theta\sigma\alpha\tau\zeta$

Objec. rerum sperandarum, & certa efficacij; fiducia, intuens in reale objectum. Sed quid ad object. Si relatio Deo realis accessit, mutatus est. At Deus non ~~mutatur~~, non mutatur? Respondent: Accessio relationis non mutat Deum, (quia illa non est accidens inhærens: & voluntas sic agendi, à qua pendet, æterni est:) sed absolorum, videlicet quantitatis & qualitatris accidentiarie.

PROBLEMA LXXXI.

An Aristoteles ratiōnēs iux̄ap̄zontu, id est, Quae similiiter insunt, & ratiōnēs exortu, id est, Quae similiter se habent, ad eundem locum Dialecticum perirent?

Conclus Negativa.

MORTALITAS similiter, ut loquitur Aristoteles, inest Crœso & Iro. Medicus & Architectus similiter se habent: ille ad restituendum valetudinem: hic ad fabricandum ædes. In his exemplis an Comp̄ratio sit unius generis quæritur. Videtur quidem, sed nō est re ipsa. Vocibus enim ὁμοίως & ἁμοίως, similis & similiter, aliquādo abutimur pro Par & Pariter: sicut vicissim par pro simili, ut: Par levibus ventis, id est, similis (quam ibi Par propriè etiam accipi potest, ut sententia sit, aequè levis atq; venti) & dispar pro dissimili, ut: Disparitas morum frangit amici.

nicitias, id est, dissimilitudo. Sic Grammatici saepe dicunt, Similes casus, similes modos pro iisdem. Et Joh. 5. Quæcunq; pater fecerit, hæc etiam filius *διποιῶς* facit, hoc est, & quæ,

Animadvertenda igitur est distinctio inter ea, quæ similiter inesse, & similiter se habere dicuntur. Eorum enim confusio facile errorem parere potest. In iis quæ similiter insunt nulla consideratur proportio, sed tantum *ἐνίσταρξις*, & tanquam diceres inexistentia attributorum: Eaq; pertinent ad Comparisonem Parium, ut: Cupere est similiter proprium partis ejus animæ, in qua est cupiditas, atque ratiocinari ejus partis, in qua est ratio. Similiter atq; id est, & quæ atq; seu pariter quam. In iis vero quæ similiter se habent, ipsa habitudo, *ἀνάλογία* seu proportio spectatur, cujus notæ sunt, Ut ad, Sic ad: & ostendit eam analogismus, hoc est, Syllogismus, quem vocant, proportionalis. Ut, sicut habet *le Medicus ad corpus*, sic architectus addomum. At Medicus sanat corpus. Ergo architectus extruit domum. Atq; talia pertinent ad Comparisonem Similium, hoc est, eorum, quæ qualitate convenient, Proportio enim, ut speciale quiddam, Similitudini, ut communiori, subjicitur. Sed de his alii etiam ante monuerunt. Itaq; acta ne agamus, ad alia accedamus.

PROBLEMA LXXXII.

Lib. i. post.
Anal. c. 2.

Axioma est
Aristotel.
Si o. u. ap-
xei e. xasov
e. neiro u. d-
aor. u. ap. x.

An Regula Aristotelis, Propter quod unumquodq; tale est, illud est magis tale, semper vera sit?

SEMPER propter quod unumquodq; tale, illud magis tale est: ut, propter quod amamus, illud magis amicum est, ait Aristotel. Duo hic queri possunt: primum, an perpetua sit veritatis regula: Alterum, an de Fine & destinato tantum sit accipienda. De primo respondeo: Semper veram esse, ceteris paribus, hoc est, servatis duabus conditionibus: scilicet, si affectio, secundum quam duo conferuntur, & utriq; insit, & recipiat magis & minus, hoc est, intendi & remitti possit, ut: Pater amat nos propter filium: Igitur filium magis amat: valet, quia amari convenit & filio & nobis: & amor potest esse major & minor. Mercator appetit navigationem propter pecuniam: Ergo pecuniam magis appetit. Valet, quia appeti convenit & navigationi & pecuniae: & appetitio recipit intentionem & remissionem. Non vero valent haec: 1. Deus approbat paenam propter peccatum: Ergo peccatum magis approbat. Quia etsi approbatio possit esse major & minor: tamen approbari non convenit & peccato & paenae, sed paenae tantum. 2. Filius seu $\lambda\eta\zeta$ est Deus propter patrem: Ergo pater est magis Deus. Nam etsi deitas utriusq; est: tamen magis,

gis & minus ea non recipit. 3. Tiberius ebrius est, & insanit propter vinum: Ergo vinum est magis ebrium & insanum: quia hæc πάση, ebrietas & insanitia, non conveniunt & ebrio & vino, sed Tiberio tantum. De secundo respon. Regulam etiam de Caussa efficiente veram esse. Nam particula, Propter, ut conjunctio, Propterea, aliquando aliis etiam causis quam finitribuitur, ut: Corpus vivit propter animam, id est, per animam. Conclusio est propter præmissas, hoc est, ex præmissis infertur. Sed an in efficientibus caussis semper valeat, disputatur. Dico semper valere, si Quæstio. antè dictæ conditiones duæ serventur. Alii respondentes, valere tantum in efficientibus principalibus, vel totalibus, & proximis: non in minus principalibus, partialibus & remotis, ut: quia vinum est remota caussa ebrietatis & insanitatem: (proxima enim sunt halitus cerebrum turbantes, & in eo exæstuantes) & quia Deus vel Magistratus politicus seu Judex vult pœnam immedietè, non propter peccatum, sed propter justitiam: ideoq; justitiam magis vult, quam pœnam: respondent, primum & tertium exempla esse vitiosa, nec regulam iis patrocinari. Neque hoc male quidem. Sed quid fieri secundo exemplo, quod huic par est: Filius est homo propter patrem & matrem. Ergo pater & mater magis sunt homines?

Hic

Hic pater & mater sunt totales causæ filii, & tamen consequens falsum est. Itaq; Zabarel-
lae enucleationem, quam modò tradidi, po-
tiore loco habeo. Ex illa solvi possunt hæc re-
ctissimè. Adulter punitur propter justitiam.
Ergo justitia magis punitur. Fur suspenditur
propter furtum. Ergo furtum magis suspen-
ditur. Cæterum observandum hic est, in con-
sequente interdum sermonis, qui in antece-
dente adhibetur, formam mutandam esse, o-
mninoque videndum, quid consuetudo &
usus, loquendi lex & norma, admittat, quid
respuat. Deus affligit filium suum propter
homines. Hic non est inferendum: Ergo
homines magis affligit. Sed: Ergo magis a-
imat homines, quàm cruciatus filii. Deus
propter nos voluit descendere de cœlo fi-
lium. Hic διπολος non erit. Ergo nos magis
voluit descendere: Sed: Ergo magis voluit
nostram salutem, quàm filii descentum. Sed

Objectus

Lib. contra
epist. funda-
menti cap. 5.

antequam à communi isto axiomate abea-
mus ad alia, de dicto Augustini: Evangelio
non crederem, nisi me Ecclesiæ Catholicæ
moveret auctoritas, aliquid dicendum vide-
tur. Ait Augustinus, se credere Evangelio
propter auctoritatem Ecclesiæ. Ergo Eccle-
siæ magis credit quàm Evangelio: ut in syl-
logismo, qui fidem facit, necesse est proposi-
tiones præmissas magis credi, quàm conclu-
sionem.

fiōhem. Hic Zabarellæ explicationi nihil videtur relictum loci. Nam credi quo comparantur Euangelium & Ecclesia, utriq; tribui potest: seu utriq; adjungitur fides, & recipiunt hæc, quod ad fidē, magis & minus. Resp. igitur Augustini dictum non posse præsentis regulæ exemplum parere, seu non posse ex illo inferri Magis, cùm in se contineat nihil comparationis. Simpliciter enim hoc ait Augustinus, ad fidem Evangelio seu sacris literis apud se faciendam, non parùm profuisse sibi auctoritatem Ecclesiæ. Ego, inquit, non eredidisse, hos libros esse Propheticos, & Apostolicos, non alios, hos & non illos libros esse Canonicos, nisi Ecclesiæ auctoritas me cōmovisset. Enallage enim temporis est in verbis Aug. (crederem, pro credidisse, commoveret pro cōmovisset) illi & omnino genti Africane familiaris. Ex hac igitur simplici assertione nihil nec decedit regulæ, nec colligi potest, majorem esse auctoritatē Ecclesiæ quam sacræ scripturæ: quæ quidem perfide habet auctoritatem, seu à solo Deo proprio ejus auctore: testimonium verò veritatis acceptum ab Ecclesia, quæ à Prophetis & Apostolis edocta, & à Spiritu sancto persuasa, perpetua & continuata traditione, qui nam sint, & qui non sint libri Canonici, posteris indicavit. Ne multa: ut ineptus est qui sic infers.

Non

Responsi

Loquitor
Augustinus
de libris,
non de do-
ctrina con-
tra in li-
bris.

Quinam sing-
libri Cano-
nici testatur
Ecclesia. Do-
ctrina verò
ipsa habet à
Deo auctoritatem.

Non crederem hunc librum Aristotelis esse,
Aποεια au nisi magnorum virorum me commoveret
 gustini fuit auctoritas. Ergo magnis viris plus credēdum
 ei ὅτι, an est quām ipsi libro. Sic inepte & ἀγόρας colli-
 fit, id est, gitur : Credidit Augustinus hos libros esse
 en bi libri Evangelicos, propter Ecclesiæ auctoritatem.
essent Evan Ergo Ecclesiæ plus credidit quām his libris
 gelici, & Ut autem hoc sequitur : Credo tibi hoc asse-
σέων & σοι. renti propter rationes. Ergo rationibus ma-
 Non itaque potestate in-
 est dicto eus asservanti hunc librum esse Evangelicum;
 comparatio propter Ecclesiæ. Ergo Ecclesiæ magis cre-
 Evangelii & Ecclesiæ. do quām tibi unico & singulari homini. Ex
 Hic unus ho- his intelligis ad objectionem ex dicto Augu-
 mo & tota stino fabrefactam respondendum : plus esse
 Ecclesia co- in consequente, quām ex antecedenti confi-
 parantur. ci possit. Potest & responderi : Fallaciam com-
 mitti à dicto secundum quid, ad dictum sim-
 pliciter. Nam cùm Manichæi vellent episto-
 lam fundamenti, continentem omnia ferre
 ipsorum falsa dogmata, pari accipi & haberi
 loco, quo habentur Epistolæ Apostolorum
 Christi : Augustinus ait contrà, se non posse
 illam ratione pari recipere, qua epistolas
 Pauli, &c. eò quod de hiis recipiendis habeat
 auctoritatem & commendationem Catho-
 licæ Ecclesiæ : de illa verò non nisi Manichæ-
 orum habeat testimonium, quorum parau-
 toritas minimè esse possit cum auctoritate
 Ecclæ.

Ecclesiæ, imò qui ab Ecclesia palam sint exclusi. Itaq; testimonium, quod de Scripturis Canonicis tulit Ecclesia, opponit & anteponit testimonio, quod de aliis libris, in primis verò de Epistola fundamenti ferebant hæretici: nec Ecclesiæ ascribit jus in scripturas. Andr. Hyp.
 Quare secundum quid, non simpliciter, iubet ad Ecclesiæ auctoritatem respicere.

PROBLEMA LXXXIII.

An locus Impariorum sit generalis?

Affirmatur.

VIDEATUR alicui locus imparium non esse generalis: quod peripatetica Philosophia doceat, Substantiam & quantitatem non recipere magis & minus, sed Qualitatem. Sed hic puto distinguendum sic: Ut Qualitas, sic & Substantia & quantitas magis & minus recipiunt accidentaliter. Calor in eodem corpore aliás magis fortis est seu major; aliás minus fortis, hoc est minor. Amor in homine ejusdem rei aliás est magis ardens seu flagrantior, aliás est minus ardens, id est, frigidior. Et caritas est major virtus quam fides. Sic una linea est magis vel minus longa, major vel minor quam alia. Et Hercules magis robustus est quam Paris. Homicidium magis inhumanum est quam adulterium. Idem judicium esto de reliquis, ut actione &

Q

passione,

passione, &c. Corpus aliàs magis, aliàs minùs calefit. Est igitur locus Imperium generalis. Non autem recipiunt illa magis & minùs essentialiter. Hercules non est magis homo quām Paris. Bestia non est magis animal, quām homo. Hæc linea non est magis linea, quām illa linea. Caritas non est magis virtus, quām Fides. Albedo non est magis color, quām nigredo. Calefactio nō est magis actio, quām frigefactio. Homicidium non est magis peccatum, quām adulterium. Est enim Logicum axioma: Generis exquisiti essentiam non huic vel illi speciei magis aut minùs sed æqualiter omnibus attribui.

P R O B L E M A LXXXIV.

De Majori & Minori.

IN usu Syllogistico horum argumentorum *anæcīa* occurrit: Sitne argumentum à majore, an à minori. Exempli gratia: Tu patetis corporis caussa. Ergo multò magis patietis animi caussa. Alius dicit, hic esse argumentum à minori, alius à majori. Hujus discrepatiæ caussæ sunt duæ: i. Hi sequentes Aristotalem, respiciunt particulas adverbiales Magis & Minùs: & si in consequenti sit particula Magis, pronunciant argumentum esse à minori ad majus. Si contrà Minùs; à majori ad minus.

Illi

Illiverò P. Ramum sequentes in ultima Lög.^a
 editione, spectant voces Nominales, Majus
 & Minus. 2. Hi considerant majorem vel mi-
 norem rationem, seu probabilitatem majo-
 rem vel minorem sententiae. Illi verò rem
 majorem, præstantiorem, meliorem, gravio-
 rem, fortiorē, potentiorē: vel rem mino-
 rem, viliorem, &c. Própositum igitur exem-
 plum prioribus est à minori ad majus; quia
 minus videtur inesse, seu minus probabile
 esse, pati corporis quam animi caussa. Poste-
 rioribus verò est à minori ad majus; quia cor-
 pus minus & ignobilis bonum est, & dete-
 riō pars hominis, quam animus. Priori-
 bus argumentum est à minori propter diffi-
 cultiorem *ταπειρ*, seu minorem probabilita-
 tem: Masculè & animosè pertulisti gravio-
 ra. Ergo tolerate etiam leviora. Posterioribus
 verò est à majori; quia graviora pericula sunt
 res major, leviora res minor. Si pro Christo
 est contémnda vita; cur non pecunia?
 Fonsecæ argumēntum est à minori: quia
 contemnere vitam minus credibile est. Ra-
 mus verò à majore: quia vita longè præstan-
 tius bonum est quam pecunia. Ramus sanè,
 ut sibi in doctrinā sua constaret, aliter face-
 re non potuit. Quia enim inventionem com-
 munem & necessariis & probabilibus pri-
 mo loco tradere voluit: debuit, & necesse

habuit in ea res per se & solas considerare, non quatenus subjiciuntur huic attributo, aut illi subjecto attribuuntur; nec, ne hysterologiam committere videretur, partes inventionis judicii legibus definire. Itaq; istam attributi in subjecto velut $\nu\pi\alpha\xi\pi$, & tāquam dices inexistentiam, non spectavit. Quiverò hic Aristotelem sequuntur, debebant potius dicere: Argumentum hoc est à minus, à magis, seu ab eo quod minus vel magis inest: quam à minori, à majori. Apud illum enim concisæ & Ellipticæ locutiones sunt, $\epsilon\nu\beta\mu\lambda\omega\nu$, $\epsilon\nu\beta\mu\tau\lambda\omega\nu$. Ut τὰ ἀεὶ ποιεῖται, πρὸ τὰ ἀεὶ ποιεῖται τὸ οὐσίων, πρὸ τὸ οὐσίων $\nu\pi\alpha\xi\pi$, id est, id quod æqualiter seu pari ratione inest; Sic dicit, $\epsilon\nu\beta\mu\lambda\omega\nu$, πρὸ $\epsilon\nu\beta\mu\lambda\omega\nu$ $\nu\pi\alpha\xi\pi$, à magis inexistente: $\epsilon\nu\beta\mu\tau\lambda\omega\nu$, πρὸ $\epsilon\nu\beta\mu\tau\lambda\omega\nu$ $\nu\pi\alpha\xi\pi$, ab eo quod minus inest: quod ante me etiam laboriosissimus vir Johannes Piscator, cuius pietatem & doctrinam penè veneror, annotavit. Ego, et si considerationem horum argumentorum Aristotelicam non rejicio; quid tamen in ea desiderem, exponam. Dico: Paulus, $\nu\pi\alpha\xi\pi$ electionis, habuit seu sensit tentationem carnis. Ergo multò magis ego. Aristotelicus hic ait: argumentum esse ex minori. Dico iterum: Paulus, $\nu\pi\alpha\xxi$ electionis, non fuit liber à tentatione carnis. Ergò multò minus ego.

Aristo

Aristotelicus h̄ic ait, est argumentum à majori. Sed ego contrā quæro. Quomodo ~~isso-~~
synapia & synonymia verborum possit mutare genus argumenti? Dico: Deus punivit angelos. Ergo multò magis te: & Deus non pepercit angelis suis. Ergo multò minùs tibi. Prius Aristotelico à minori est: posterius à majori. At quomodo diversum argumentum esse potest, cūm utrobiq; idem sit lēnsus? Fāllices igitur alicubi videntur particulæ, Magis & Minùs, solæ consideratæ; & appetet constantius esse, si res majores & minores inter se collatæ spectentur. Ita exemplum propositum habet argumentum à Minorī. Angeli enim Dei sunt eminentiores, sublimiores, nobiliores creaturæ, quām ego. Quod si quis mihi dederit, unum esse prorsus argumentum (ut certè est, mea quidem sentētia) sive dicam: Inimicis fores ejus nunquam sunt clausæ. Ergo multò minùs tibi amico: sive dicam: Inimicis fores ejus semper sunt apertæ. Ergo multò magis passæ erunt tibi amico. Cum eo non pugnabo, si Aristoteles ~~λέξιν~~, judicium & canonas consecrari malit. Istud verò veterum & recentiorum omnium menti repugnat, quod memini quos. Tertia sententia.

statuere, nullam probationem dici ē Minorī: ideoque exempla quæ ascribuntur loco minorum, ad locum majorum referenda,

& Majus idem esse quod difficilius probatu. Minus vero idem quod facilis probatu. Dicebat ille: Rex non potest oppugnare hanc arcem (quod, scilicet non posse, majus est, id est, difficilius probatu est.) Ergo multo minus inferior aliquis (quod, scilicet non posse, minus est, id est, facilis probatu.) Puer imbecillus potest hoc portare, quod difficilius est creditu, ideoque majus. Ergo multo magis robustus bajulus aut mediastinus: quod facilis creditu est, ideoque minus. Cui haec speculatio placet, is non habet me secum; tum ut constet usus suus generalis argumento Minoris, & consensus hac in parte Logicorum retineatur ac foveatur: tum quia contra Aristotelii difficultus probatu est, quod minus inest, seu minorem habet probabilitatem; facilis vero probatu, quod magis inest, seu majorem habet probabilitatem. Iis vero qui Ramum hic sectari malunt, cum ad facilitatem vel difficultatem ιωφέως & probacionis non respiciant, Majus sit, cuius quantitas excedit. Minus contra: ita, ut impariter conferant inter se res ipsas. Ut: Ovem sabbato servare licet. Ergo multo magis hominem: quia præstantior est homo ove: seu, ovis vi- lior homine. Argumentum à minori est. Cujusmodi hic quoque est: Intuemini in voracem, ait Scryvator, non serunt enim, neque metunt.

Minora &
explicant &
confirmant.

Math. 12,

Math. 6,

metunt, neq; cogunt in horrea, & pater cœlestis alit eas, ἵνα οὐκέται διαρρέεται αὐτῶν,
id est, nōnne vos multò præstatis eis? Si cen-
sum filius Dei solvit; quis tu tantus es, qui Matth.7.13
putas esse non solvendum? (ait Ambrosius.)

Argumentum à majori est. Filius Dei enim
multò præstat homine. Ad finem hujus dis-
ceptatiunculae libet adjicere brevem expli-
cationem hujus quæstionis: Cur non valeat
consecutio: Partus septimestris seu editus Cor in luce
editi octavo
mense nou-
toperunt.

septimo mente à conceptione, supereat. Er-
go multò magis octomestres poslunt edi vi-
tales. Item, partus editus in lucem octavo
mense non est vitalis. Ergo multò minus vi-
tal is erit editus septimo. Respondent Phy-
sici rationem hanc esse: Quod temporis per
se & propriæ nulla sit efficacia; sed naturæ &
motus, quo hæc utitur. Octomestres par-
tus moriuntur omnes, eò quod septimo
mense fœtus incipit converti in vulva ad exi-
tum. Nonnulli igitur, qui eo tempore, (id
est, septimo mense) firmiores sunt, non so-
lùm cōvertuntur, sed & uno impetu exeunt.
Qui verò id non poslunt assequi, laborant
morbo ex defatigatione, quæ ex motione &
conversione accidit. Qui morbus durat ad
dierum 40. spaciū. Si igitur illis 40. diebus
(quibus totus mensis octavus continetur)
prodierint, moriuntur, novo labore partus

Objec*t*.Solutio*n*.

adveniente pristinæ ægrotationi. Si vero toto illo quadragenario quieverint, interius sanantur, & postmodum sani prodeunt, posse suntque melius exitus laborem sustinere; atque eò melius, quod longius absunt ab infelici illo quadragenario. Contrà, fœtus qui septimo mense editur, potest esse vitalis; quia tunc & perfectus & satis firmus est. Sed Aristoteles memoriae prodidit, in quadam parte Græciæ octomestres etiam partus nonnunquam vivere. Hoc si verum est, caussa clemètiae cœli & terræ est ascribenda. Ut enim animalibus brutis, & plantis ac satis constitutis est quidam ortus terminus à natura non perpetuò idein; sed aliás brevior pro cœli & terræ benignitate, aliás longior, si hæc caussa desit: Ita natura hominibus ad ortum & editionem in lucem definivit terminos, qui sic sunt constantes, ut tam nonus mensis sit terminus frequentior; septimus vero iis eveniat, qui quasi benigniori cœlo & terra generantur. Videris, si placet, plura apud Franciscum Vallesium, libro 2. cap. 9. controversiarum, unde hæc ferè mutuati sumus. Sed fortasse nobis vitio vertetur, quod Logicum discipulum in abdita naturæ penetralia deducimus.

PROBLEMA LXXXV.

An Nota similitudinis semper adhibeantur?

Negatur.

ALiquando prorsus nullam esse notam similitudinis, ostendit Petrus Ramus hoc exemplo Virg.

O formose puer, nimium ne crede colori;

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Hic similitudo suis notis & partibus explicata ac ordinata est : Ut candidi flores ligustri Protasis. decidunt ; grana nigra colliguntur : sic candor formæ deperit ; nigror remanet. Nos ad illam Rami observationē addimus hæc Horatiana, in quibus particulae sicut Ellipsis est. 1. Nec excitatur classico miles truci ; id est, sicut milcs. Non enim negat Horatius, militem excitari classico ; sed cum qui rus suum colit, negat ita excitari classico, ut milites solent. 2. Nec verbum verbo curabit reddere fidus Interpres ; id est, ut interpres fidus. Negat enim, bonum imitatem id fibi studio habere, ut verbum verbo reddat, quemadmodum fidi interpres solent. Tale quoque est illud Senecæ : Nemo beneficia in Calendario scribit : nec avarus exactor ad horam & diem debitorem (sic enim legit M. Antonius Muretus) appellat. Non id dicit Seneca, inquit Muretus, ab avaro exactore non appellari debitorem ad horam & diem,

Q S quod

In Epist. ad
Pilones.

quod manifestò falsum esset : sed eum qui beneficium dat, non facere idem ut avari exactores solent, qui, quod crediderunt, id sibi ad horam & diem solvi volunt.

PROBLEMA LXXXVI.

An substantia aliqua possit esse in categoria relatorum.

ZABARELLA docet certum esse omnem substantiam habere considerationē absolutam, nec primō notare relationē ad alia. Itaq; nullam substantiam, quā substantia pertinere ad relata. Sed objici possunt materia, caput & elemēta. Materia enim consideratur ut est principiū rerū & propter substantiā compositā: Caput dicitur alicujus ut animalis caput. Elementa dicuntur respectu elementatorū, & cōsiderantur propter hæc. Hic igitur respondendum est primō per distinctionem: Certū & hoc esse multis substantiis adhærere respectus, sine quib. difficulter cōprehendi à nobis possunt. 2. Caput et si habet propriām naturam absolutam, tamen ei accidere relationem aliquam, quae non quidem secundum esse, sed secundum dici vocari solet. 3. Licet caput, materia & elementa considerentur propter aliud, nempe propter animal & res compositas : tamen & capitīs & materiaē & clementorū considerationem esse

esse absolutam secundum sese. 4. Sciendum: unius posse esse duplēm notionem, unam absolutā, alteram respectivam: Elementa primum secundū se & absolute considerātur, & sunt species substantiæ corporis naturalis: secundō considerantur respectivè, ut principia mistorū. Quā igitur elementū est principium seu alicujus elementum, ad categoriam relationis pertinet. Sic materia prima notio-ne, nempe absolute consideratur, ut ens in-forme: secunda, nempe relativa, ut principi-um generationis. Sic notat respectum ad for-mam futuram & ad compositum, quod ex ea producendum est. Sed de his physicorum scholæ consuluntur. De reliquis argumentis in secunda parte, quæ in adversariis nostris adumbrata est, proxi-mè agemus.

INDEX



INDEX.
GENERALIA DE NOMINE,
DEFINITIONE, ET PARTIBUS
Logicæ.

Utrum ab Aristotele accipiatur Dialecticæ nomen pro universo artificio differendi : an vero pro facultate differendi tantum ēn τῶν ἀρδοξῶν, id est, ex opinione conceptis, & ex probabilitibus. Et ēn παρόδω : Sitne Dialectica omnium disciplinarum domina an ministra, fol. 15.

An apud Aristotelem vox Logicæ totam differendi & ratione cinandi facultatem significet, f. 24.

An Logica sit disciplina potius quam ars, f. 26.

Quis Logicæ finis, f. 34.

An Plato in Alcibiade primo dicat, Differere & ratione uti esse idem, f. 38.

Dialectica Platoni est facultas Φύσις καὶ ἀποδεξαμένη λόγου. λόγῳ ne hie est Sermo, an Ratio, f. 43.

Quae sint partes Dialecticæ, f. 47.

Vtrum inventiva prior sit an iudicativa, f. 53.

An Categoriarum doctrina sit Logica, f. 59.

De Argumento.

Vox argumenti an à recentioribus quibusdam Logicis recte usurpetur, f. 69.

Vtrum verum & falsum : Item affirmatum & negatum sint solius enunciati: an vero etiam argumentorum, f. 74.

De Causis.

An Causæ locus sit generalis, f. 78.

An Causæ propriè definiti possit, f. 82.

An sit Quinta Causarum ἀρχήτυπον seu exemplaris, f. 83.

An causa sine qua non, ut loqui solemus, sit propriè causa, fol. 85.

An causarum divisio in externas & internas vera sit, f. 88.

An universalis sit regula : Cessante causa, cessat effectus, fol. 92.

An vera sit Regula: Qualis causa talis efficiens, & qualis efficiens talis causa, f. 93.

I N D E X.

De Efficiente.

An cauſſa efficiens ſemper τῷ Χρόνῳ, id eſt, tempore, ſit ante rem effectam, f. 94.

An per ſe cauſſa poſſit diuidi in ſpontaneam & naturalem, f. 95.

An efficiens diuidenda ſit in cogentem & coactam: item an efficiens per ſe triplex ſit: Agens naturā, conſilio, coactio- ne, f. 100.

An efficiens per ſe reſtē diuidatur in Naturalem & contin- gentem, f. 102.

An efficiens per ſe reſtē diuidatur in Naturalem & non Na- turalem, f. 103.

An efficientis diuīſio per ſe & per accidens ſit immediata, f. 104.

Vtrum habitus, verbi gratia, Ars, ſit referendus ad cauſſam efficienteim, Naturalem, an conſilio agentem, f. 106.

De cauſa fortuita: Vbi queritur, an fortuna ſit cauſa per ac- cidentem, f. 110.

Sicne generatio verè contraria corruptioni, f. 116.

De Materia.

An materia ſit verè cauſa, f. 119.

An materia ſit cauſa ex qua res eſt, f. 120.

An materia & forma ſint relata, f. 121.

De Forma.

An formę essentialis poſſit eſſe talis μέτεξις, ut ab eo, cuius

propria non eſt, paſcipietur, f. 124.

An forma ſit tota rei eſſentia, f. 125.

De Fine.

An finis ſit cauſa, f. 127.

Finis ne ultima an prima cauſarum, f. 129.

An finis ſit cauſa interna, f. 130.

De Effectis.

Vtrum motio & ἔργον ſint referenda ad argumentum effe- cti, ut res motu facta, & iſipſum ἔργον μετά: an ad locum cauſæ, f. 131.

An effecta quædam poſſint dici accidentia, f. 133.

An ignis & calor, Homo & γάστρον, ſint cauſa & effectus, fol. 134.

I N D E X

An effecta artis sint ad naturæ effecta referenda, f. 135.

De Subjecto & Adjuncto.

An locus Subjecti & Adjuncti tam generalis sit; ut Deo et iam conveniat, f. 137.

An Subjectum sit locus Dialecticus, f. 140.

An locus sit in subjectis numerandus, f. 142.

An Substantia sit in subiecto ut accidens, f. 143.

An substantiae secundæ sint in subiecto, f. 146.

An locus Adjunctorum redundet, f. 149.

An non entis sint adiuncta, effecta, similia, f. 151.

Tempus sitnè adiunctum, an efficiens, f. 153.

An bipedem esse sit proprium hominis, f. 156.

An corporis sit proprium reciprocum visibile, coloratum, f. 157.

De Oppositis.

An opposita eidem attribui possint, f. 158.

De Disparatis.

An Disparata eidem subiecto attribui possint, f. 161.

An uno disparatorum posito, remaneantur reliqua, f. 163.

An ἄγνοι & οὐειτὸν, par & impar, voluntas & λόγος voluntas assumptæ naturæ sint disparata, f. 164.

De Contrariis.

An unum unitantum contrarium, f. 165.

An contraria aliquando simul esse possint in eodem, f. 167.

An contraria sint pellentis naturæ, f. 170.

An cupiditas cupiditati possit esse contraria, f. 170.

An verum sit hoc Aristotelis; Si unum contrariorum eam naturam habeat, ut aut esse aut non esse possit: potest id probabiliiter etiam de altero colligi, f. 171.

An contraria eidem simul aliquando insint, f. 173.

An contrarietas propriè tribuatur Qualitatibus inter se pugnantibus, f. 175. 176.

An contrariorum eadem sit δυώδεις seu potestas, f. 179.

De Adversis.

An adversè contraria una definitione possint definiri, f. 182.

An mas & foemina sint adversa, f. 184.

De Privantibus.

An privatio sit habitus, f. 185.

An privationis aliqua sit effectio, f. 186.

I N D E X.

- An generaliter verum sit hoc effatum Aristotelis: A privatibus ad habitus non est regressus, f. 190.
An omnis habitus natura insit, f. 194
Logicē dicitur Talpa cœca, f. 196.
An omnia privantia definiantur, mentione facta habitus, f. 200

De Contradicentibus.

- An contradicentia sint argumenta Logica, f. 202.
An contradicentia sint, Non esse & miserum esse, f. 214.
An verum & falsum sint termini contradictentes, f. 216.
An ens & non ens sint contradictentia: Vbi & quæstio indebet, An contradictum descriptio bona sit, f. 217.
An valet consecutio: Chimæra est nomen positivum sensu affirmatum. Ergo Chimæra est, f. 220.
An utrumque contradictum possit esse negans, f. 221.

De Relatè Oppositis.

- An Relata sint opposita, f. 222.
An Relata sint simul natura, f. 222. 223,
An oionia relata ratione & re dissentiant, f. 225.
Vtrum dare & accipere sint relata, f. 227.
Vtrum Servus & Dominus sint relativa realia, an Rationis, f. 232.
An Substantia aliqua possit esse in categoria relatorum, f. 250.

De Comparatis.

- An Aristotelis τὰ ὁμοίως ὑπάρχοντα, id est, Quæ similiter insunt, & ὁμοίως ἔχοντα, id est, quæ similiter se habent, ad eundem locum Dialecticum pertineant, f. 234.
An Regula Aristotelis, Propter quod unumquodq; tale est, illud est magistrale, semper recta sit, f. 236.
An locus imperium sit generalis, f. 241.
De Majori & Minoris, f. 242.
An Notæ similitudinis semper adhibeantur, f. 249.

FINIS PRIMÆ PARTIS.